340–342	*XI (ed. L. B. *X), CLII, *XLI (nihil mem.)	
343	*XXXIV (Ed. L. B. *XXXIII) 17 kal. Janu. 15 . ., mutatum in XI kal. Oct. (Ed. L. B. 21 Sept. 1515)	15 Jan. 1515.
344–345	*XXVIII et *XL (nihil mem.)	
346	*CXCIII	1517.
347	CCLXXII (nihil mem.)	
348	*CXLI (Egnatius ab Erasmo (?) mutatum in Baptista. In Ed. L. B. Baptista Egnatius)	
349–351	*CLXXXI,*CLIII,*CLVIII(nihil mem.)	
352	*CLXXXVIII XV cal. Oct.	17 Sept. 1517.
353	*CLXXXIX Colon. dec. cal. Sept.	22 Sept. 1517.
354–355	*LXXIX, CCCXXXIV(nihil mem.)	
356	*XCIX	1516.
357	*CCCLVII (In Ed. L. B. *CCCLVI. Est vera Andreae Alciati epistula, cuius in parte aversa haec sunt inscripta: Praestantissimo Theologo domino Erasmo Roterodamo, amico optimo Friburgi Brisgoe Andreas Alciatus ex Biturigibus)	Addidit ex parte aversa inscriptioni: Amico optimo *et* Friburgum Brisg.
358	DCCLXXXI Datum Bas. prid. nat. Domini 1525 (Ignota manu sed posterioris temporis exaratum et subscriptum est: ERASMUS ROT., vere tuus. Multa contumeliose dicta continet de Lutheri nuptiis. In ed. Bas. 2 tantum epp. ad Nic. Ever. reperiuntur p. 534 et 772. Mihi videtur spuria esse; quod si verum est, operae pretium erit diligentius inquirere de Ep. DCCI origine)	Inscripta: Nicolao Everardo Hollandiae praesidi. Subscriptum: Ex tempore manu propria. Non vacabat relegere, ignosce.
359	DCCV (Epistula vera. In ed. L. B. desunt verba in extr. hoc autogr.: Ad mandatum serenissimi Principis Archiducis Ferdinandi Ja. Spregel (?))	

Est in Bibliotheca Daventriensi, praeter alterum librum manuscriptum, quem modo memoravi, Erasmi adagiorum ed. Froben. 1551 exemplum quod quondam JANI BROUKHUSII – cuius adnotationes in margine passim inveniuntur – post in bibliothecae Academiae Harderovicensis (GELR. ZUTPH.) libris fuit.

Ad pagg. 168 et 554 schedulae Erasmi manu conscriptae sunt insertae quibus textus particulae continentur. In illa ad calcem haec ANTON. PERIZONIUS S. Th. D. et Prof.: Accepi hanc Schedulam a Reverendo D. JOH. HENR. RAPPAEO, qui mihi XXX Oct. anno CIƆIƆCLIX adfuit ac dixit, hanc esse manum Desid. Erasmi Roterodami δευτέραις φροντίσι chiliades suas emendantis ac locupletantis.

Alterum PERIZONIUS (qui ibi audit Lippiacus, s. s. Theol. doctor) Febr. 1656 se accepisse ait a Rappaeo, Pastore Hammonensi „qui huiusmodi chartulas Erasmi manu signatas permultas habebat."

CAP. III.

DE DESIDERII ERASMI NOMINE.

Quod Dominicus BAUDIUS (Epist. Cent. III, cent. II, Epist. 2) narrat, „puero nomen suum patrem indidisse vocatumque esse GERARDUM GERARDI more familiari apud nos et olim etiam usitato apud Graecos Latinosque" non magis verum esse quam „praenominis titulum Desiderii adscivisse, cui subiunxerit Graecam vocem eiusdem notionis, et Erasmum agnominari voluisse ob cognatam in Belgico idiomate significationem" non est quod dubitemus.

De Erasmi nomine quae olim attuli nolo repetere, sed sententiam prolatam de Erasmo praenomine, praemisso Desiderio, vocabulo ab ipso ficto et in nomen mutato, iam revoco.

Nequaquam enim est forma mascula subst. desiderium, quod Latine idem fuisse ferebatur ac Graece ἐρασμός. Eodem enim iure quo Erasmus, Desiderius quoque in Sanctorum numero locum sibi vindicat et ab utroque non neminem de multis nomen mutuatum esse iam satis constat.

Memorantur – ut paucos Sanctos enumerem – S. Desiderius, abbas et confessor (VIII saec.) in Act. Sanct. VIII, p. 512; S. Desiderius Cadurcensis, Episcopus (637–660); S. Desiderius, Episcopus in Alsatia et martyr (VII et VIII saec.) in Act. Sanct. V, p. 789; S. Desiderius, Episcopus Lingonensis et martyr (II saec.) in Act. Sanct. V, p. 244; S. Desiderius, Episcopus Viennensis in Gallia ± 590 in Act. Sanct. V, p. 252.

In Matricula Studiosorum Basileensium, quae Universitas condita est anno 1460, iam quater hoc praenomen ante annum 1474 invenitur.

Inscripti sunt ao 1471 Desiderius Perini de Mercuria
et
Desiderius Doliere de Mercuria
1472 Colinus Desiderii Fabri de Ravena
1473 Desiderius Mathei de Danubio.

Denique praenomen Erasmi in eodem albo rectoris Basileensis ab anno 1461–1477 sexiens lectum notasse operae pretium est, quo magis pateat quam aniles fabulas Baudius finxerit quantaeque stultitiae ineptiaeque ab eo memoriae traditae sint devoratae.

Negavit R. J. FRUIN v. cl., quod nomen Rogerii in charta aversa bullae pontificis maximi, a GULIELMO VISSCHERO primum Basileae in Erasmianis Basileae 1876 editae, invenitur, vere a scriba tributum atque adeo errorem ab hoc commissum esse mavult quam cum professore Basileensi et mecum facere statuentibus nunc demum in lucem prodiisse verum nomen, ab Erasmo anxiis curis celatum, quod vel termini effigie anulo insculpta, obscure significasse dubitanter conieceram.

Qui fieri potuerit ut talem errorem commiserit JACOBUS SADOLETUS, civis Mutinensis, inscribens „Dilecto filio Erasmo Rogerii Roterodamensi Clerico Trajectensis diocesis" me ne nunc quidem intellegere fateor. Immo quo magis sententia olim prolata stare pergam, facit Rogerius quidam obvius in serie eorum qui fratribus Regularibus in monasterio Stein Priorum nomine praefuerunt.

Enumerat enim WALVIS (in libro qui inscribitur, Beschrijving van Gouda, Tom. II. p. 136) post Nicolaum Werneri, quem ordine septimum Non. Sept. ai 1504 diem obiisse supremum affirmat, octavum nonumve praefectum Servatium Rogerium eundemque postea Monacharum patrem factum in Marienpoel, monasterio quondam prope ab urbe Lugduno Batavorum sito, a. d. III Jan. ai 1540 sepultum esse nobis auctor est (1).

Ac ne quis forte hominum qui Erasmi aetati suppares fuerunt natales ex tabulario Goudano repetere studens operam perdat, chartas huc pertinentes Hagae Comitum dispositas nuperque Chrysopolin remissas, annum 1561 non excedere, auctore viro gravissimo D. BROUWER, qui huic civitati nunc ab actis est, praemonendum existimo.

Viros doctos monitos velim quanti momenti sit in Epistolas quae ad Servatium datae feruntur inquirere.

Quae in Ed. L. B. octavum in Epp. asterisco notatis locum obtinet, primum in lucem prodiit in „Er. Rot. Epist. Fam. propter singularem elegantiam et argumenti materiam scholis et adolescentium studiis captuique accommodatae, p. 276, Antverpiae, 1552". Hae litterae umbraticae „rationem fere totius vitae eius continentes" mihi magis in scholarum usum fictae quam ab Erasmo ipso profectae esse videntur. Obiter iam annum 1514, qui in Ed. L. B. invenitur, in ed. Antv. deesse et plurimum discrepare librorum lectiones animadvertisse sufficiat.

Anno 1607 MERULA noster in l. II „Epp. nondum editarum et inter vulgatas non comparentium" complures evulgavit, quas aetate iuvenili scripserit Erasmus (ut de germano PETRO sileam) ad Servatium, amicum integerrimum, sincerissimum, unice dilectum, Roterodamum, sodalium jucundissimum, dominum suum. Appellatur scilicet in fine Epistulae Antverpiensis „quondam sodalis suavissimus, nunc pater observandus".

Si has epistolas et aliorum et Merulae fallaci ingenio debemus, ratio profecto in promptu cur ad Servatium datas finxerint.

Sin ad Rogerium eumque cognatum ab Erasmo *VIII illam scriptam constiterit, non est quod iam de vero nomine dubitemus.

Quam pridem vero spuriae Epistolae ad Erasmum circumlatae sint non solum ex Epistolis veris efficere licet, verum etiam pluribus probatur in opere quod inscribitur: Essai d'une liste d'ouvrages et dissertations concernant la vie et les écrits d'Erasme, Bruxelles 1867, Olivier. p. 27 et 28.

Conferendus est omnino alter libellus, quo agitur: Sur une série des Lettres adressées à E. par des Belges par le Dr. L. F. HOFFMANN. Bruxelles 1859.

(1) De monasterio Marienpoel egit VORSTMAN, Kerkhistor. archief I, p. 327.

CAP. IV.

ERASMI TESTAMENTUM HOLOGRAPHUM CUM NOTARII PUBLICI TESTIMONIO.

Sequitur iam Erasmi testamenti exemplum ex codice Basileensi A. N. III 15, qui continet epistulas ipsa Erasmi manu exaratas et ad B. Amerbachium datas, lucis ope exscriptum (1) et quam diligentissime typis mandatum. Testamentum ipsum, quod invenitur in extremo codice, scriptum est in charta papyracea formae maximae. ERASMUS duas priores paginas sibi sumpsit, tertia scriptura vacat, quarta completur testimonio notarii publici ADELBERI SALTZMANN, cuius signum in cera quondam expressum, nunc desideratur. Notarii testimonium, ne quid deesset, testamento holographo addere decrevi, quamvis non ignorem nequaquam eodem loco esse habendum, cum testamentum nunc demum tale in lucem prodeat quale ab Erasmo scriptum est (2). Etenim quae in Ed. L. B. aut alibi (ut in Epist. fam. ed. HERZOG, Basileae 1779) reperiuntur exempla, vitiosa sunt, quod multis probare mihi huius loci non videtur.

Haec attulisse sufficiat. Abest in hoc exemplo testamenti sicilicus, quo in omnibus quas novi editionibus „nomismata" ab „insignia" separatur, unde sequitur ut Erasmus iam cessaverit praeter nomismata, insignia legare. Neque iam heredis locum sibi vindicabit EVERARDUS GOCLENIUS, qui mihi iamdudum multa negotia facessivit, sed CONRADUS, alter ille ERASMUS, in integrum restitutus erit.

IN NOMINE SANCTÆ TRINITATIS.

Desiderius Erasmus Roterodamus, Fretus Diplomatibus Caesaris, summi pontificis, ac Magnifici magistratus inclytae ciuitatis Basiliensis, hoc meo chirographo renouo supremam voluntatem meam, quam quocumque titulo firmam ac ratam haberi volo, irritum vero si quid alias testatus sum.

Principio certus me nullum habere Legitimum haeredem, praestantisimum virum D. Bonifacium Amerbachium, omnium facultatum mearum haeredem instituo, exequutores vero Hieronymum Frobenium et Nicolaum Episcopium. Bibliothecam meam iam pridem vendidi D. Joanni a Lasko Polono iuxta syngrapham super hoc contractu inter nos confectam. Non tradentur libri, nisi haeredi numeret ducentos florenos. Quod si ille pactum remiserit, aut me prior e vita excesserit, liberum esto haeredi de libris statuere quod velit D. Lodouico Bero, lego horologium aureum, Beato Renano Cochleare aureum cum fuscinula aurea. M. Petro Viterio centum quinquaginta coronatos aureos, Tantundem Philippo Montano. Lamberto Famulo si mihi morienti adfuerit, ducentos florenos aureos, nisi ego viuus ei hanc summam numeraro. D. Joanni Brisgoo lagenam argenteam D. Paulo Volzio floreos aureos centum. Sigismundo Gelenio ducatos centum et quinquaginta. Joanni Erasmio Frobenio duos anulos quorum alter non habet gemmam, alter gemmam subviridem Gallis dictam Turcois. Hieronymo Frobenio lego omnes vestes meas omnemque supellectilem laneam, lineam et ligneam praeterea poculum quod habet insignia Cardinalis Mogontini. Vxori eius annulum qui habet imaginem mulieris in tergum respicientis. Nicolao Episcopio poculum cum operculo quod in pede habet versiculos insculptos. Justinae vxori eius duos anulos quorum alter habet Adamantem, alter Turcois minorem M. Conrado Goclenio poculum argenteum quod in summo habet imaginem fortunae. Si quis legatariorum intercíderit, quod legatum erat in haeredis arbitrio esto Haeres praeter ea quae ipsi per Syngrapham designavi, sibi accipiet quicquid superfuerit poculorum, aut annulorum aut rerum similium, adhaec nomismata insignia vt lusitanos cruciatos, Regis Poloniae ac Severini Boneri faciem exprimentia aliaque his similia. praeterea ducatos omnes duplices et quadruplices. Pecuniam apud Conradum Goclenium depositam, illi in Brabantia dispensandam relinquet, quemadmodum ei mandavi. Si quid apud Erasmum Schetum erit reliquum, ab eo repetet. Eamque pecuniam ac reliquam omnem quae superfuerit, suo arbitrio et ex consilio exequutorum distribuet in vsus pauperum, aetate aut valetudine infirmorum. Item in puellas nupturas, in adolescentes bonae spei, breviter, quoscunque subsidio dignos iudicarint.

Hanc extraemam voluntatem meam, quo plenior sit fides, propria manu descripsi, ac peculiare anuli mei sigillum Terminum affixi Basileae in aedibus Hieronymi Frobenii duodecimo die Februarii anno a natali dominico Millesimo quingentesimo tricesimo sexto.

Anno a Christo Nato Millesimo quingentesimo, trigesimo sexto, Indictione nona, Die decima quarta februarii, hora quasi tercia pomeridiana, In aedibus honesti et circumspecti domini Jeronymi Frobenii Typographi et ciuis Basiliensis inque superiori aula eiusdem domus; Constitutus coram me Notario publico et fidedignis testibus subscriptis clarissimus et omnium eruditissimus vir, Dominus Desiderius Erasmus Roterodamus, ut (?) corpore non admodum firmo, sanus tamen mente, hanc chartam clausam in manu habens, in qua dicebat vltimam suam voluntatem sua manu conscriptam contineri, quam Iure testamenti, vel Codicillorum, donacionis causa mortis, vel cuiuscunque alterius voluntatis, omni meliori via, modo, et forma, quo efficacius posset, valere volebat, heredem nominans et instituens Ornatissimum dominum Bonifacium Amerbachium legum doctorem, Executores vero Egregios viros dominum Jeronymum Frobenium, et Nicolaum Episcopium Typographos et cives Basilienses qui omnes presentes, munera iniuncta, benevole acceptantes, sese ea omnia et singula, in presenti charta contenta bona fide observaturos et exequuturos, sancte promittebant. ‡ Et cum in praedictorum fidem, meam tamquam publici Notarii attestationem et subscriptionem requireret, veritati testimonium perhibiturus subscripsi Acta sunt haec Anno Domini Indictione, die, hora, loco, et aliis praescriptis Regnante inuictissimo Carolo quinto Romanorum Imperatore semper Augusto etc. Anno Imperii sedecimo, Praesentibus Eximiis et eruditis viris, domino Jeronymo Frobenio, Nicolao Episcopio, Sigismundo Gelenio, et Lamberto Coomanno, testibus ad praemissa specialiter vocatis et rogatis.

Adelberus Salandronius vulgo Saltzmann sacris Apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarius Juratus haec audivit, et suapte manu subscripsit.

---

‡ Praeterea tametsi Iuris communis sit, vt posteriore testamento perfecto priora tollantur, tamen si et in quantum opus est revocatione, Si quae ante a se quomodocunque vel quandocunque conscripta sunt, vigore, non solum juris communis, sed et diplomatum a Pontifice, Caesare, ac Magistratu Basiliensi concessorum, sic omnia et singula vt hac scheda continentur, vel renouata vel mutata volens, et si quae aliter constituisset, conceptis verbis revocans.

In hac scheda, sua manu scripta et sigillo subsignata, suam vltimam voluntatem contineri dicens, quam in vim vltimae voluntatis qualiscumque aut si sic subsistere non posset, in vim donationis etiam inter viuos mediante insinuatione et traditione factae, qualitercunque et quomodocunque, omni meliori modo via forma etc., ut supra, valere, et inviolabiliter observari vult, testibus ut supra praesentibus.

A. Saltzmann, Notarius.

Hac plagula prelum exercente Gymnasii Erasmiani Curatores effigies privata impensa de Basileensi illo exemplo photolithographice, ut dicunt, expressas ad opusculum adiungi iusserunt.

Pro qua munificentia viris amplissimis memori mente gratiam debitam refero.

(1) Ut alia, sic hoc quoque acceptum grato animo refero v. d. L. SIEBER, qui Bibliothecae Basileensi praeest.

(2) Quantum momenti olim a Roterodamensibus huic testamento tributum sit, vel ex eo patet quod epistulam Nicolao Grevinchovio ad magistratus Basileenses, ut certi quidquam de Erasmi testamento resciscerent, deferendam dederunt, quam typis excudendam curavi in: Geschiedenis van het Er. Gymn., p. 114.

ELOCUTIO RHETORICA

QUALIS INVENITUR

IN

Annaei Senecae Suasoriis et Controversiis,

SCRIPSIT

H. T. KARSTEN.

Marklandus, Wolfius, et qui eorum vestigia secuti sunt, ut e nostratibus olim Bakius et Rinkesius, quum gravissimas quasdam Orationes a Cicerone abiudicarent, negare tamen non poterant, ista, ut opinabantur, commenta iam olim fraudem fecisse doctissimis hominibus et a Valerio Maximo, Asconio, Quintiliano pro genuinis fuisse lecta. Hanc autem difficultatem ea ratione subterfugere conati sunt, ut contenderent falsam earum originem in tempora incidere a Ciceronis aetate non longe remota, et imitatores prodiisse e declamatorum grege, quorum nomina et fragmenta nobis servavit Annaeus Seneca in Suasoriis et Controversiis, qui ita suppar fuit Tullio, ut, quominus hunc senem ipse iuvenis audiret, non quidem aetas, sed *bellorum civilium furor* (Contr. I. 11) eum impediverit.

Hac summorum virorum opinione permotus, recens a lectione Tulliana ad Suasorias Controversiasque me contuli, exspectans fore ut ea, quae in conclamatis illis Orationibus ex parte grammatica criticorum suspicionem movissent, eatenus responderent rhetorum sermonis sive proprietatibus sive vitiis, ut communis originis nisi manifesta indicia, attamen satis certa redundarent vestigia.

Sed exspectationem eventus non leviter fefellit. Nam vix in lectione aliquantum progressus, cognovi, prae istorum in Latine scribendo licentia ac novitate, ea, quae in Orationibus quam maxime offensionem peperissent, non nisi leves esse maculas, atque compertum habui rhetorum Latinitatem ne comparari quidem posse cum Tulliana scribendi ratione, sed proxime accedere ad usum poëtarum Vergilianum maxime atque Ovidianum.

Aliquis obiecerit, praeeunte Wolfio in praefat. notissima p. XLII, fieri potuisse, ut iidem illi homines, quum Ciceronis stilum religiose imitandum sibi proponerent, assidua eius lectione et meditatione id assecuti sint "ut illius non vocabula solum, non quandam orationis "figurationem, non compositionem numerorum arripuerint, sed scriptorem, "qualem eum in propriis operibus cognovimus, omnibus virtutibus ac "vitiis reddant."

Argumentum speciosum magis quam verum: etenim imitator, quamvis prudens et circumspiciens, suum tamen ingenium suamque naturam adeo excutere vix poterit, quin satis magnae ac manifestae remaneant reliquiae, quibus evincatur fraudulentia. Probant hoc Pseudo-Ciceronis *Oratio pridie quam in exsilium iret* et *Declamatio in C. Sallustium*. Nam utrumque opus diligenter "ad exempli sui normam" est compositum et negari nequit, sermonem in multis propius a Ciceroniana consuetudine distare quam a Controversiis et Suasoriis rhetorum; at nihilominus, ut de ceteris taceam, vel sola Latinitas sat multa continet, ex quibus, ut ex ungue leonem, ita scriptoris quoque veram indolem agnoscas. (1)

Haec si recte disputata sunt, necesse est ut in Orationibus post reditum tribus, pro Catilina una pluribusve, pro Marcello, aliisque quarum γνησιότητα in dubium vocarunt vv. dd., nec pauca nec dubia reperiantur sermonis indicia, quae rhetoris manum coarguant. Hinc alicuius momenti esse videtur comparationem institui inter suspectas illas orationes et rhetorum fragmenta a Seneca patre posteritati prodita.

Equidem fateor me e parte grammatica nihil fere in utrisque scriptis offendisse, quod communem fontem indicare videatur. At vero in hanc quaestionem penitus inquirere supersedi, quoniam meum est ut hoc opusculo ad eiusmodi comparationem aliis viam aperiam, non ipse eam instituam.

Sed alia est quaestio, quae neglecta vel obiter tractata levitatis profecto culpam mihi contraheret.

Cognosciturne ex Senecae opusculo ipsius scriptoris tantum dicendi scribendique genus an ceterorum quoque rhetorum quotquot citantur? Alteram sententiam amplexus est W. S. Teuffel in Hist. Litt. Rom. § 253 6 ed. 1ae (2), alteram paucis defendit M. Sander in libello *der Sprachgebrauch des Rhetors Annaeus Seneca.* Berol. 1877. Facio cum hoc. Sed res enucleatius tractanda est, ut tollatur controversia.

Qui negant ullius praeter Senecam ex his declamationibus sermonem cognosci, primum provocant ad praefationem libri I controversiarum, in qua semel iterumque scriptor pronuntiat, opusculi materiam se non ex litterarum quibusdam monumentis contulisse, sed hausisse tantummodo ex "fideli" sua memoria. Quocirca ita illi concludunt: argumenta declamationum et sententias rhetoribus, sed sermonis habitum atque enuntiationem uni Senecae esse tribuenda. Alterum quo nituntur argumentum

---

(1) Ut curioso lectori aliqua saltem comparandi materies suppeditet, infra ad singula capita in annotatione verba, nomina, constructiones quasdam apponam, quae in pseudepigraphis illis affinitatem sermonis cum rhetoribus nostris referre mihi videntur

(2) Die Berichte über die Ausführungen der einzelnen Rhetoren haben einen so gleichmässigen Anstrich dass diese nur dem Sinne nach wiedergegeben sein können.... Die Sprache zeigt in den Proömien wenig Einfluss der silbernen Latinität, mehr in den Controversiae und Suasoriae selbst.

Utrumque falsum. In praefatione apparebit quantopere inter se fragmenta sermone differant; ex ipso autem opusculo manifestum fiet, Senecam verborum et constructionum novitate et audacia nihil praestare iis, quorum fragmenta congessit.

hoc est: totius Latinitatis tam similem esse colorem, ut dubitari nequeat, quin diversae partes eodem stilo exaratae sint omnes.

Ad utrumque argumentum paucis respondebo.

Sane memoria maxime fretus senex opusculum suum componendum susceperat. Sed hac ipsa ingenii facultate tantopere florebat, eamque ita exercuerat (1), *ut in miraculum usque procederet: nam et duo milia nominum recitata quo erant ordine dicta reddebam . . . et singulos versus a singulis datos, cum plures quam ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens usque ad primum recitabam.* I praef. 2. Eandem *memoriae felicitatem*, quam vocat, quae etiam nunc in quibusdam mortalibus non deficit, quos aequus Jupiter amavit, fuisse affirmat in Latrone magistro, *ita ut omnes declamationes suas quascumque* (leg. *quas umquam?*) *dixerat, teneret etiam* § 18. Item in Gallo Vibio, Contr. II 1.26, qui *controversiam postero die quam erat a Fabiano dicta declamavit*, et in Cassio Severo, X praef. 8, qui *illo tempore quo libro Labieni ex senatus consulto comburebantur: nunc me, inquit, vivum uri oportet qui illos edidici.*

Quum igitur probabile sit, eum non tantum quasi summarium eorum, quae magistri disputaverant, memoria retinuisse, sed ipsas sententias propriis verbis inclusas, accedit, quod id se etiam studuisse affirmat in Contr. I praef. 10: *sententias a disertissimis viris iactatas facile in tanta hominum desidia pro suis dicunt . . .; eo libentius quod exigitis faciam et quaecunque a celeberrimis viris facunde dicta teneo, ne ad quemquam privatim pertineant* (leg. *perveniant?*) *populo dedicabo . . ., summa cum fide suum cuique reddam.*

In eadem vero paragrapho non omittenda sunt haec verba: *Ipsis quoque multum praestaturus videor, quibus oblivio imminet, nisi aliquid quo memoria eorum producatur posteris tradatur: fere enim aut nulli commentarii maximorum declamatorum exstant aut, quod peius est, falsi.* Efficias ex his nulla aut paene nulla monumenta scriptori praesto fuisse, quibus, etiamsi voluisset, evanescentem rerum memoriam refricare potuisset. Attamen ista verba non nimis urgenda sunt, magisque ex causae necessitate quam ex veritate adiecta videntur. Ab ipso enim citantur aliquoties in opusculo orationes, declamationes aliaque documenta litteris prodita, quarum ipse habuit notitiam. Contr. III praef. 8 de Gallione: *non est quod illum ex his quae edidit aestimetis, sunt quidem et haec quibus eloquentia eius (agnoscatur, auditus tamen) longe maior erat quam lectus* e. q. s. (2). Ibid. § 15 de Cestio: *huius enim declamationes ediscunt, illius (Ciceronis) non legunt, nisi eas quibus Cestius rescripsit.* IV praef. 2: Pollio Asinius *primus omnium Romanorum advocatis hominibus scripta sua recitavit.* IX 6, 18: Montanus Votienus, Marcellum Marcium *amicum suum, cuius frequenter mentionem in scriptis suis facit tanquam hominis diserti, aiebat* (h. e. scribebat) *hanc dixisse sententiam.* X praef. 3: de Scauro *orationes septem edidit, quae deinde ex Scto combustae sunt: bene cum illo ignis egerat, sed exstant libelli qui cum fama eius pugnant.* Ibid. 8: *monstrabo bellum vobis libellum, quem a Gallione vestro petatis.* Ibid. 12: *cuius* (Capitonis) *declamatio est de Papillio, quae misero* Latroni *subicitur.* Itaque etiam Latronem scripta reliquisse cum ex hoc loco probabile est, tum ex iis quae leguntur in I praef. 17: *edidicerat illa cum scripserat, quod eo magis in illo mirabile videri potest, quod non lente et anxie, sed eodem paene quo dicebat impetu scribebat.*

Omnes autem qui huc pertineant locos me contulisse, affirmare vix ausim, sed ex iis quos citavi abunde apparet, labentis memoriae adminicula compilatorem non omnino defecisse.

Denique, tametsi consentaneum est maiorem operis partem – praefationes dico et ubicunque in reliquo opere rhetorum vitia et virtutes recensentur, vitae casus exponuntur – ipsius Senecae stilo ingenioque deberi, non tamen praetermittendum est Senecam, Hispanum origine ideoque puriore Latinitate a natalitiis non imbutum, eundem tamen, nativa ingenii subtilitate atque elegantia, fastidiosum luculentae orationis aestimatorem, stilum suum studiose conformasse ad illorum hominum exemplum, quos doctissimos et eloquentissimos suae aetatis magistros habuit, atque credendum est, eius scribendi ratione non tam proprium ipsius, quam vulgarem rhetorum usum et speciem ob oculos nobis poni.

His autem quae disputavi nil magnopere tribuendum est, nisi confirmentur rebus ipsis, h. e. nisi ex singulorum rhetorum fragmentis stili diversitas appareat. Exstant autem indicia eiusmodi discriminis multa et insignia:

In praefatione controversiarum libri I copiose enarratur quaenam Arelli Fusci, quaenam Papirii Fabiani, illius discipuli, in dicendo fuerint propria. Tum, in controv. I eiusdem libri, longiora utriusque fragmenta citantur e declamationibus de eadem thesi. Haec autem qui legerit et inter se comparaverit, fatebitur orationis differentiam satis manifestam esse. Agnoscet in Fusci fragmento *cultum nimis adquisitum* (praef. § 1), *compositionem verborum molliorem, summam inaequalitatem orationis*, contra in Fabiano *splendorem voluntarium* (i. e. sponte ortum) *non elaboratae orationis*, et praesertim, *facillimo cursu omnes res beatam circumfluere orationem* (praef. 2 39). Haec autem ne mera verba temereque iactata videantur, unum saltem discrimen quasi digito monstrabo, nempe *verborum compositionem* per participia, imprimis praesentia, quae, *mollior* sane et *acquisita*, abundat apud Fuscum, controv. 1 § 4–9, dum bis modo ea usu venit apud Fabianum (1).

Pariter autem Cestii, Gallionis et Latronis genera dicendi et inter se multum differunt et singulatim respondent iudicio, quod de quovis eorum in praefationibus tulit Seneca.

De Cestio, *auditores*, inquit, *Ciceroni praeferrent nisi lapides timerent* III praef. 15. Et profecto, quamquam in sententiis plane declamator, in narratione tamen simplicior et quodammodo antiquior est, quam ceterorum quisquam; neque ullum insuetum vocabulum in fragmentis illius occurrit, ut infra apparebit (2). Cf. eius fragmenta maiora I 2, 7–9. VII 1, 8–11. In fragmentis Iunii Gallionis VII 7, 3–5. X 2, 1–4 et 5, 13–17 cumulatae sunt breves sententiae, interrogationes, exclamationes, quae ut eius propria fuisse opinemur, suadet etiam auctor Dialogi de Orat. 26, qui notat *tinnitus* Gallionis.

Denique Latronis fragmenta cum alia breviora exstant permulta, tum longiora in libris I 1, 1–3 et II 7, 1–9, quibuscum conferenda est eius aestimatio in praefatione l. I 13–24. Et in hoc quidem denuo stili proprietatem in verborum quorundam usu ut deprehenderem mihi contigit. Non enim casu accidisse videtur, ut audacioris structurae praepositionis in cum accusativo (de quo vide infra i. v.), in illius fragmentis quae citavi longioribus, exempla legantur numero XXI. Huius autem structurae nullum exemplum inveni in fragmentis Gallionis (aliorum ad hunc finem non excussi), dum in ipsius Senecae praefatione l. II, quae Latronis fragmenta ambitu longe superat, vix X exempla inveniuntur. Hinc concludo illum usum proprium fuisse Latronis, ab eoque mutuatum esse Senecam, qui illum imprimis magistrum et exemplum se habuisse testatur. Eodem huc pertinent, quae infra annotavi de peculiari significatione particulae *alioquin* apud Latronem, aliaque quae lectori sponte se offerent, si operae pretium videbitur evolvere quae de singulis verbis et constructionibus infra apposui.

His omnibus de causis dubium esse vix poterit, quin non Senecae

---

(1) Cf. ibid. § 10 ubi aequales sic increpat: *quis est qui memoriae studeat.*

(2) Cf. simile enunciatum de Haterio in Tac. Ann. IV 61.

---

(1) De participiorum in constructione abusu apud rhetores vide infra. Fuscus ex hoc genere haec habet: odi patrem *eicientem*, odi domum *facientem*; aliquid non *agendum* agam; *egredientem redeuntemque* comitabor; *erubescendos* amores *luxuriantem* habitum obicis; *madentem* unguentis, *convulneratum* libidinibus, *incedentem* femina mollius; quum deos vidisses *certantes*; post *evestigata* arma; millia *corruentium* inter divitias suas exemplorum; ponere domum meliores *perdentem* liberos; hoc fugisse Fabricium Samnitium non *accipientem* munera; patres nostros apud ipsa aratra *minantes* circumsteterunt lictores. Fabianus: *spoliantium* aliquis; et in fine: fastidio rerum naturae *laborantibus* iam ne liberi quidem nisi alieni placent.

(2) De plerisque vocibus, quas infra tractavi, *litteris maiusculis* ad calcem positis indicavi cuinam debeantur praeter Senecam.

tantum, sed singulorum quoque rhetorum disputandi et Latine loquendi ratio in his fragmentis nobis ob oculos sit posita. Idcirco hac etiam in re comparationem instituere nobis licebit inter illorum monumenta per Senecam servata et Tullianas orationes, quas ex rhetorum scholis prodiisse quidam perhibent.

Etiamsi autem ex huiusmodi disquisitione ad M. Tullii opera aestimanda parum fortasse aut nihil lucri redundet, nihilominus non prorsus inutile opus ad Latini sermonis historiam enucleandam me suscepisse confido.

Mirum sane quantum elegans ac pura Latinitas, quum vix summi oratoris lingua obmutuerat, mox in peius lapsa sit per rhetores, qui, Livianam quoque rationem sinceram nervisque plenam sive spernentes sive assequi se posse desperantes, nullis non vitiis pedestrem sensim sermonem inquinaverunt. Monstra vocabulorum ex Graeco fonte in vernaculum sermonem invexerunt (1): poëtarum, Latinorum videlicet, licentiam in verborum usu et structura assidue consectati sunt: vocabula partim prisca et obsoleta effoderunt, partim nova e triviis et e familiari sermone deprompserunt, partim vulgata et antiqua ea ratione adhibuerunt, ut a solita eorum significatione et constructione recederent et novam substituerent magis exquisitam, ut illi opinabantur, atque elegantem.

Haec vitia ut probe dispiciantur et ut cognoscatur quam mature iis Latinitas „infuscata" sit, ut isti loquebantur, eam huius opusculi dispositionem instituendam esse censui, quam nunc paucis explanabo.

Dabo *verba*, *substantiva*, *adiectiva*, *praepositiones*, *particulas* et *elocutiones* quasdam atque *constructiones*, quae rariora videantur aut insolita. Indicabo quaenam vocabula aut solum apud Senecam aut primum legantur: addam scriptorum locos, poetarum praesertim, non modo priorum, quos rhetores secuti, sed etiam posteriorum, quibus exemplo fuisse videantur, at hos non quidem omnes, sed potissimum Quintiliani, auctoris *dialogi de Oratoribus* et L. Senecae in *tragoediis* (nam de eiusdem usu in rell. opp. egit A. Hoppe in program. a. 1873 et 1877, de quo vide Draegeri Syntax. in praef. p. XVIII ed. alt.). Hinc simul apparebit quantopere ii quoque, qui, ut Quintilianus et disertus ille scriptor *dialogi*, antiquam simplicitatem imitari studerent, rhetorum qui intercesserant temeritate atque novitate ab antiquo dicendi genere abripi se passi sint.

RHETORUM NOMINA QUI CITANTUR:

C.	Cestius.	I.B.	Julius Bassus.
G.	Junius Gallio.	LAB.	Labienus.
L.	Porcius Latro.	MAC.	Macullus.
A.F.	Arellius Fuscus.	MENT.	Mento.
ALB.	Albucius.	MES.	Messala Corvinus.
ARG.	Argentarius.	MUSA.	Musa.
ASPR.	Asprenas.	NIG.	Bruttedius Niger.
B.B.	Bruttedius Brutus.	OSC.	Oscus.
C.A.	Caesar Augustus.	PAST.	Pastor Aietus.
C.C.	Cremutius Cordus.	POL.	Asinius Pollio.
CENS.	Censorinus.	POST.	Postumius.
C.H.	Cornelius Hispanus.	R.H.	Romanus Hispo.
CORV.	Corvus.	S.P.	Silo Pompeius.
C.S.	Cassius Severus.	TR.	Triarius.
FAB.	Papirius Fabianus.	VAL.	Vallus Syriacus.
FEST.	Festus.	V.G.	Varius Geminus.
F.S.	Fulvius Sparsus.	VIB.	Vibius Gallus.
GAV.	Gavius Sabinus.	V.M.	Votienus Montanus.

Verba ac nomina, quibus litteras maiusculas non adscripsi, pleraque ab ipso Seneca nonnulla a compluribus rhetoribus usurpata sunt.

Asterisco notavi verba vel verborum constructiones et significationes, quae rhetores primi in pedestrem orationem invexisse videntur.

(1) M. Sander d. Sprachgebr. d. Seneca 1877 Graeca collegit haecce: ex arte rhetorica: hexis, hermeneuma, idiotismus, metaphrasis, tetracolon, tricolum, tetradeum, schema, anthyphora, cacozelia, epiphonema, phrasis, soloecismus, thema, thesis; reliqua: thauma, phantasia, hoplomachus, pantomimus, psilothrum, sipho, tribas, mattea, echo, artemo, hendecasyllabus. His adde etiam: philosophumenon, I 7.17, phrenetici X 5.7, et pyxides Suas. 2,14 quo usus est Cicero pro Cael. 61. Haec infra indicare supersedi.

VERBA. (1)

*Adprehendere frequens pro comprehendere, consequi 1 pr. 4, II 1.12, III pr. 9, VII pr. 5 virtutem, ib. 2.7. Suas. 6.8 mortem.

adstruere pro addere I 1.13, poet. et posteriores.

agere (cum aliquo) pro accusare I 2.22 malae tractationis, II 3.16, ib. 5.17 sqq. III pr. 17 (ibid. postulare ingrati), IV pr. 6. Vox scolastica. Cf. unus (?) Ciceronis locus ad fam. VII 12.

agere filium i. e. filii loco esse II 1.5: Tacitus *eadem sententia*, sed Cicero de *simulata* imitatione ad fam. II 9. Cf. contr. I 5.2 et L. Senecae Agam. 959 agere feminam. A.F.

agere attonitum alqm IX 1.3 poet. V.M.

* „ poenitentiam perfidiae. Suas. 6.11. Dial. de or. 15 sermonis p. a. V.G.

adfulsit animo domus = placuit I 6.5. Val. Max. et posteriores. Livius et poetae de abstractis: fortuna, spes. sim. I.B.

adgravare indignationem VII 2.8 Liv et poster.

adsilui sc. ad studia X pr. 1.

*accommoda mihi eloquentiam. Suas. 7.2: significat h. l., quod Zumpt ad Verr. p. 785 negavit usquam inveniri: usum rei ad tempus concedere. Cf. commoda mihi manus I 4.10 et 5.6, II 1.2 et 32. CEST.

*accadens supplex genibus. Suas. 6.3 ll. accades: forma ἅπ. λεγ. quantum vidi.

*alligare vulgo pro ligare, vincire, sim., non solum apud nostrum, I 4.9, 6.2, 7.1 sqq., IX 1.1 sqq., 5.6 sq., X 1.14, 5.10 et 18, sed etiam in L. Senecae tragg. (H. fur. 710, 1079 indomitos alligat artus. Tro. 611. Med. 98. Oed. 182 ignavos alligat artus, 533. Thyest 161, 972. H. Oet. 1413). Cf. Quint. II 13.14, dial. de Or. 13. Colligare contr. VII pr. 1, deligare IX 2.10, Suas. 6.19.

*arescere ad imitationem alcs. VII pr. 5, ἅπ. λεγ. hoc sensu nisi audiendus est M qui habet ardescere aut corrigendum marcescere.

*Buccinavit VII pr. 1 imperson. Varro: buccinatum est.

*Consummare = conficere VII 6.22 vindictam, X 6.2 officium, Suas. 7.10 vitam. L. Sen. (semel?) H. fur. 1039. Quint. I 1.20, ib. 9.3, 10.5, II 6.6 et 15.29 et. 19.1. III 8.9 etc. Livius de concretis.

*colluctari cum viro I 2.6 Plin. cf. obluctari I 4.1 Verg.; eluctari impedimenta X pr. 4 Liv. 24.26 difficultates; luctari cum materia VII 5.13. R.H.

*conversari alci I 2.9 et 15, poster. Cf. Quint. I 1.4 et dial. de Or. 9 conversatio. ASP. et S.P.

coinquinatus homicidio I 2.14. Accius ap. Cic., L. Sen. LATR.

colludere c. alqo = conspirare I 5.8, IX 4.5; per collusionem X 2.15. Icti. Cf. Cic. in Verr. II 58 et III 53, Verg. Hor.

convictus divitiarum II 1.17 ut Cic. de abstractis: inhumanitatis, levitatis.

contrectare studia VII 1.21, X pr. 1 ex Cic. de Or. III 24 contr. studia philosophiae.

convestire faciem II 7.6 poet., ut Cic. ad Q. fr. 3.1.5 et de dom. 101: domus convestita hedera, lucis. L.

commori absol. IX 6.2. Liv. epit 2 cum alqo., Plin., Plauti „commorientes" συναποθνήσκοντες. VIB.

compescere licentiam carminum II 2,12. Ovid. Hor. poster.

*commordent ferae tela. IX 6.2, praeter hunc locum semel apud L. Sen. VIB

confingitur virgo in omnem motum. I 2.5; ead. s. Varro, Plin. Quint. Alia s. priores. S. P.

*concurrere c. fortuna VII 3.10. Sen. ad Helv. 2 c. dolore, poet. C.S.

*coartare se VII 3.9 = angustius considere. Cf. dial. de Or. 39.

*concupiscere rhetoribus usitatum pro cupere. I pr. 15, II pr. 3, ib. 1.28, IX 3.2, X 1.11 et 12, ib. 2.13 etc. Cf. dial. de Or. 7, 11, 13. Quint. semel in ll. I–III, nusquam in L. Sen. tragg.; cupere quater notavi in nostro. Vide s. v. desiderare.

condiscere IX pr. 4. Cic. bis?

confundere alqm suspicionibus IX 5.9. Suas. 2.11: poet. Alio sensu Cic. et quodammodo etiam Liv. 45.42 c. animos audientum. L.

contristare alqm Suas. 6.15, poet., L. Sen. et Cael. in ep. ad fam. VIII 9.

cedere alci optione I 5.2. Liv. honore, Sicilia sim, Cic. possessione bonorum. Mil. 75. S.P.

*censi sumus semper misericordia X 5.13 = clari fuimus. Sen. in Epp., Plin. „vitibus Chius." Mart. Aliter dial. de Or. 39. G.

(1) Quae Sanderus habet de verbis, nominibus et particulis partim valde ieiuna ac pauca sunt partim minus recta; e.g: *lancinare* non est Senecae sed Gallionis, pariter *sufflaminare* est Augusti; *commordere*, *exosculari*, *reverberare*, *ventilare*, *intumescere* etc., etc. non sunt Senecae ipsius sed rhetorum quorum nomina supra addidi; *reptare* ante Senecam usurparunt Lucretius et Horatius; aliique errores et omissiones sponte apparebunt. Plenius tractavit quaedam ex syntaxi, a quibus ego abstinui, cum alia tractavi quae ille praetermisit. Draegerus in ed. alt. libri de Synt. hist. L. L. Senecae usum citavit ex Sanderi libello, quocum igitur commoda vitiaque communia habet.

*circumerrat turba lateri II 1.7. Apuleius. A.F.
non credit hoc illi pater II 2.1 ut in Ter. Andr. «credon tibi hoc" vs. 497. Cf. VII 8.4 me puellae credidistis facilius. C.
circumagi subito ad nova et diversa imperia I 8.5. ASP.
Detrahere alicui temporis iniuriam I pr. 1; Ovid. met. II 39 errorem animis. Cic. Caes. Liv. semper (?) malo sensu; sed in Or. ad Quir. 6 detr. calamitatem, cf. 8.
*decrescere (studia) I pr. 6, poet. Quint. Plin. Cic. de div. II 14 ostrea d., L. Sen. Troad. 1048.
decidit illi VII pr. 5, opp. cessit.
deriguit animus VII 1.27 sequitur: sublapsum est incepto spiritu corpus! poet. L.
*decollare IX 2.4 et 10 Caecilius ap. Non, poster. HISP.
defieri = deficere II 6.8. Suas. 5.8. Liv., poet.
*desiderare vulgo pro flagitare, cupere (concupiscere vid. supra) I pr. 2 et 20, I 1.4, II 1.1 et 21 et 37, ib. 5.20, VII 4.3, ib. 5.8 (recte), 6.7 (recte) et 17, ib. 7.1, IX pr. 5, ib. 1.3, 2.2 et 4 et 6, 3.1, 4.9, 5.4 etc. Quint. I 2.11, 4.19, 7.17, 8.13, 12.4. II 1.8, 2.33. III 1.20, 3.15 etc. In L. Sen. tragg. non notavi.
*diducunt me multi affectus II 3.8. h.s. Tac. ann. IV 17. Curt. Just. C.H.
distringunt me multi affectus II 3.6 Quint. XII 1.7 mens, cura. G.
*durare, dura, anime! = perfer II 3.6. Liv. poet.; durare animum labore IX pr. 5; durare = manere IX 5.15. Suas. 7.8 et L. Sen. Agam. 522. Thyest. 28. H. Oct. 250, 1775 (odia, rabies, habitus, vita); Quint. I 1.5, 2.20, 3.14, 7.15, 10.30, 11.18. III 1.9 etc. I 1.37 = durum facere. Dial. de or. 17 et 34.
*Enotuit et enotuisset (impers.) I 2.4. Suas. 1.10. Plin. Tac.
*exaggerare sinus = aggeribus explere. II 1.13. Plin. Vitr. poet. Cic. = in maius augere. FAB.
*exosculari I 2.17. poster. L. "ut ipse aiebat."
excandescere II 3.2, X 3.6, ut Cic. ad fam. VIII 12.2, alibi addito ira; Vulgo Suet. Petron. L.
exercere noctes II 5.4 = noctes aerumnose transigere A.F.
excedere subsellia VII 4.7 ut Liv. e. urbem, sim. cf. ib. 5.8.
excutitur bilis i.e. provocatur IX pr. 3, mens I 7.16 i.e. expellitur. Nepos: sudorem Eum. 5; Ovid. metum corde. L. Sen. Agam. 800 deum. Cic. studia de manibus, sim.
*exigere vulgo pro postulare I pr. 1 et 10, ib. 1.4, 3.5, 4.8, 6.5 et 10. II 3.7. IV pr. 5. VII 4.6. IX 1.4, 4.10, 6.20. X 4.9 etc. L. Sen. Phoen. 539. Med. 616. Thyest. 434. Quint. in ll. I–III quindecies. Dial. d. or. 9, 20 bis, 24, 25. Apud hos omnes raro eadem notione, qua plerumque Cicero.
*emancare X 4.24 ἅπ λεγ. LAB.
exprimere a se tantum I pr. 15, vulgo *ex*, ut Cic. p. Mil. 10 lex quam ex natura ipsa ... expressimus.
eruere sacerdotem ab inferis I 3.4. Cic. fam. V 9 ex latebris I.B.
emovere articula II 5.9 membra extrahere ex artubus. Liv. em. alqm e foro, sim. ALB.
excepta valde sententia X 2.10 = probata.
*Facere posteris genus I 6.3 = nobilitare; ex. non inveni. I.B.
*facit mihi controversiam de te I 4.11 = sibi te vindicat; ex. non inveni A.F.
fecit domus me senem II 1.1 i.e. in d. senex factus sum. cf. 4. L.
fecit senectus multa mihi desideranda I pr. 2.
non fert mare I 4.8.
*faventibus omnibus illum fame necandum esse = annuentibus I 7.13, vocabulum circense. Plin. Suet. Cf. I 2.8 favere fabulis = cedere, et IX 6.19 favete saeculo = indulgete. S.P.
*fatigare felicitatem I 8.3. Quint. VI prooem. 3 fortunam. HISP.
*figurare affectus egregie VII pr. 3. Quint. IX 1.9, X 1.12 = figuris ornare in dicendo; aliter VII 2.6 Marium in sella figuravit = imaginem expressit, Sen. ep. et posteriores.
frangere capillos I pr. 8. Quint. comam I 6.44, poster.
Habere bonum animum pro reo IX 2,19, Plautus Most. 387 habe bonum animum. V.M.
habet legem et timet, i.e. causa est legitima X 2.8. Cf. VII 4.4 mater est in totius legis possessione. L.
habet disputationem apud plerosque VII 1.14 = disputant. MVS.
*Imperare sibi abstinentiam convitiorum II 1.24 ut Caesar: frumentum Gallis et sim. Cf. I pr. 13 imperare ingenio, Cic. nobismetipsis, Tusc. II 47.
*interpellare legem I 5.5 = invocare, Suet. L.
incidere: si quid viro inciderit = acciderit I 6.6, cf. Ter. Heaut. II 4.15 incidit amori calamitas; quotiens materia inciderat = se obtulerat II pr. 2 et VII 4.6; quotiens inciderat, absol. = casu evenerat II pr. 5. Paulo aliter Cic., incidunt saepe tempora, de Off. 31 alibi, Caes. bellum incidit, sim., et Livius. Quint. haud raro pro accidere: II 5.4, 8.9. III 8.4 et 33 quaestiones incidunt, etc. Dial. de or. 31.
*inicere sibi manum et se blandienti otio abducere I pr. 14.
*inhorrere (scopuli inhorrent) I 3.3 poet. et Petron. 63 c. dat. A.F.
indurare pueritiam Suas. 2.5. Ovid. nivem. C.
induruit corpus I 3.11. Ovid. PAST.
incubare in sanguine Suas 6.5, poet. vulgo c. dat., L. Sen. Phaedr. 99 dolor maestae. Thyest. 401, 733. H. Oet. 1764. A.F.
infamare patrem, sim. II 3.17, 4.2 et 7, VII 1.20, X 5.5. Ovid., Quint. II 15.4.
intumuerat mare VII 1.4. HAT. poet.
ingerit se virtus non ostendit tantum X 2.5, I pr. 3. Vox rara antiquis (Plaut. Sall. Prop. Cic. ad Att. XI 6.3 sed ingero praeterita, ubi suspecta Kochio et Bootio), frequens recentioribus (Liv. Suet. Tac.), Quint. nusquam(?), dial. de Or. 7, L. Sen. H. fur. 1032 quo te morti ingeris? Phoen. 232. Med. 132, 236, 461. Thyest. 282. Cf. Sen. epp.
immoritur tormentis X 5.6. Hor. ep. I 7.85 studiis. Ovid. alii C.H.
*implere orationem III pr. 10. IV pr. 3. VII pr. 1 et 3 (beate i. o.) II 5.6. Vox rhetorica, cf. Ernesti lex. rhet. Lat. p. 206 ibique ll. Quint. Aliter L. Sen. Troad. 765 i. tempus lacrimis.
*implere promissum IX pr. 1. Plin. Tac. etc. In Cic. p. Cluent. 51 recte omittitur a vv. dd.
imprimere vulnus alci I 8.3. Cic. Phil. V 16 dedecus reip., Plin. et poster. C.H.
imprecari sibi infelicia maria VII 1.5. Verg. semel. ARGENT.
*imputare alqd alci. Voc. sequioris aevi (cf. Casaub. ad Suet. Tib. 53), Ovid. raro, noster II 5.13 sq. 16.18, ib. 6, 2 et 6. Suas. 3.5, 6.20. L. Sen. Med. 234. Phaedr. 144. Quint. Plin. etc.
*inspirare intr. = spiritus sumere. II pr. 2. Quint. II 5.8 quibus viribus inspiret. V 14.32. Aliter L. Sen. Phaedr. 1008 inspirat salo ventus. Verg. et Ovid. transitive, item poster.
insonuit subitus tumultus I 8.4. Ovid. ALB.
invadere bona aliena II 1.20. Liv. 21.52 i. sparsos. Suet. alii. Cic. cum praep. *in* et c. dativo. S.P.
Lassare preces VII 7.6. Ovid. poster. V.G.
*lancinare oculos II 5.6. L. Sen. Thyest. 778 et in ll. de ira. Plin., poster.; etiam Catullus: l. bona. G.
Merere malo sensu: castigationem I 2.10. Ovid., poster. ASPR.
movere imaginem = uti I 6.12, antiqui: m. bellum, sim. Liv. 28.11 mentionem. (Quint. locum: m. coniecturam, III 6 med. non repperi.)
macerare exspectationem alcs. = temptare IV pr. 1. Liv. m. alqm desiderio, fame, sim. V 54, et eadem constructione comici, Quint., rell.
*marcet memoria IX pr. 1, poetae et posteriores. L. Sen. Med. 112. Oed. 356 (cor) et 145. Agam. 183, 789.
*Narrabo me iuvenem = de mea iuventute II 3.2. C.
Osus veritatem Suas. 1.5. Cf. Neue II p. 259 qui citat nostrum, Plautum, C. Gracchum ap. Fest. et Gellium. C.
*onerare invidiam, opp. extenuare II 2.6, 5.19. Etiam antiqui addito voc. iniuriis, similibusque. L. Sen. Phoen. 194 casus suos oneravit ipse. Aliter Quint. II 1.13 ne binis praeceptoribus oneretur puer.
*Persidere in auctione per diem totum I pr. 19; nusquam (?) nisi h.l. et Plin. XVII 24, 37 in. pruina lapsa persidet.
persuasit illi negligentiam III pr. 5; exemplum non inveni. Haec verbi constructio fugit Krebsium in Antib. ed. 4ª p. 722.
perpetuare vitam Suas. 6.5; vox rara, sed etiam Cic.: p. verba et p. potestatem = perpetuo servare, de Or. III 179 et pro Sulla 22, ibique Halm. A.F.
periclitari = in periculo versari II 2, 3 et 10, ib. 3.10, VII 3.2 et 5.1. Caes. et Liv., sed raro.
pessum ituro navigio VII 1.10; locus addendus paucis illis, quos ex Plauto, Plin., Sen. citant lexicographi. C.
*premere censum sumptibus II 5.7 deminuere patrimonium. Census pro fortunis etiam a Cicerone usurpatum; premere h. s. apud Tacitum: alcs famam, et Quint. XI 1. FAB.
*praeminere Graecos I 4.12; Seneca primus usus videtur hoc verbo mox etiam Tacitus et pauci sequioris aetatis.
*praescribere impudicitiam II 7.4 = prae se ferre, quasi in fronte scriptam habere. Exemplum non inveni. L.
praestatur totum IX 1.11. Notanda et 3ᵗᵃ persona passivi temporis praesentis et subiectum rarius. cf. Krebs Antib. 765 ed. 4ª. Adde L. Sen. Thyest. 469 praestatur quies B.B.
*prostare de muliere I 2.1 et 2. II 7.8. alibi. prostituta I 2.2 et 12 prostitutura cf. 14 et 20. Juvenal. Plin.
proficere luxuria = progressus facere II 6.4 vulgo: prof. *in* aliqua re Cic. de Off. III 8 al. G.
*producere alqm i. e. adiumento esse (ad alqd. adipiscendum.) III pr. 3 pronuntiatio histrionem. IV pr. 4 magnitudo patris non produceret sed obrueret. VII pr. 1 si illum produxerat (in dicendo) calor. Vulgo additur v. honore, ad dignitatem, sim. cf. Cic. de fin. III 52 Zenonis προηγμένα "id est producta", Liv. 40.56, alii.

*proluditur morti Suas 6.7. tropice etiam L. Sen. H. fur. 222 prolusit hydrae. Phaed. 1061 irae. cf. etiam Krebs p. 785.

pati non possum II 1.37 sqq. II 2.4 = καρτερεῖν. Verg. Ovid. L. Sen. Thyest. 470 sine regno pati.

pascere matrem VII 4.1; ita Verg. Juvenal. Plin. et L. Sen. (?) H. Oet. 448 quidquid dolorem pascit, et 1318 quid pascis minas. ALB.

petiit valde longe declamator Suas. 3.4; aliter Cic. pro Cluent. 11 exordium rei demonstrandae longius petere. cf. Contr. I 6.9 longe arcessitus color, at Cic. de Or. II 256 arcessitum dictum. et Quint. II 4.3 arcess. descriptiones.

*paenitenda acies Suas. 5.3. cf. Neue II 483 qui citat Livium (bis), Senecae epist., posteriores. A.F.

ponere tirocinium IX 5.15, Liv.

Reptare X 4.2. C. S. perperam a Seneca inventum putat Sander, legitur ap. Lucr. Hor.

reddere cursu I pr. 14 = recitare sine ulla intermissione. Ita Hor. carmen. Quint. II 2.23 nomina per ordinem audita.

*reludere adversus iocos II 2.7, praeter hunc locum lexicographi citant unum Manilium V 170, neque alium inveni.

relabi rursus I pr. 7. poet.

resolvere se I pr. 14. Propert., Ovid. corpus somno.

*reverberare saxa = resilire in saxis I 3.11. Exemplun non inveni; rectius L. Sen. Phaedr. 1094 inlisum caput scopulis resultat P.A.

revolve quemcumque nobilem I 6.4 = revolve historiam c. nobilis, uti Liv. 34.5, alii. Aliter I 3.4 ab supplicio revolvere in templum, i. e. a supplice sacerdotem fieri. I.B.

Subducere vulgo pro subtrahere, eripere I pr. 1 (cf. 14 abduxerat?), ib. 3.10. II pr. 3 (subduc.), ib. 3.8, 7.4. VII 6.13, 8 11. X pr. 6 (s. ab) et 14 (oratorem = obscurare), ib. 1.2 et 2.11. Suas. 6.5, 7.13. Cf. L. Sen. Thyest. 430. Quint. VIII prooem. 21. Cic. rarius hoc sensu (Tusc. II 40), saepius Liv. et posteriores.

subdere facem studiis. X pr. 7. Antiqui poetae (Lucr. facem s. irae) et recentiores scriptores velut Seneca in epp., Curtius. etc. Quint. I 2.25 ad studia f. s. Dial. de or. 40 f. admovere.

subrepsit sententiae dulcedo, cui non potuerunt subsistere. II 1.24, sic Ovid.: blanda quies ocellis Fast. 3.19. Plin. Quint. IV 1.42 animis insinuatio. Subsistere = resistere Liv. 27.7.

*sufflaminandus est IV pr. 7 „divus Augustus optime dixit: „Haterius noster s. e." Sen. de morte Claud. 14.3: s. rotam Ixionis = inhibere. C.A.

surgat disciplina fortior I 5.1. poet. L.

superfluunt virgines I 3.4. Sen., Plin., Quint. (= superesse). Cic. Brut. 316 redundantes et superfluentes = luxuriantes. I.B.

sublapsum est corpus VII 1.17. Verg. L. Sen. L.

*supergredi naturam Suas. 6.6. Vox poster. aevi, primumne apud nostrum? Sen. epp., Quint. etc.

*satisfacere Ciceroni de Cestio III pr. 17 = punire Cestium; aliter Suas. 7.13 Cestius satisfecit Ciceroni de corio = flagello punitus est.

Tenere arma pro pudicitia I 2.18 = gerere. Tenere in manu vel manu Cic., Quint. X 7.31; abs. Plin. tenere tabellam. ALB.

torquere scripta I pr. 18 = nimis limare. Aliter Cic. Or. 52 oratio sequitur, quocumque torqueas.

tractum a Graecis vitium I 2.22. Paulo aliter Cic. Brut. 21 sermo ab isto initio tractus = ductus. Cf. Ovid. Plin.

transcurrere supplicium cito I 3.10 et 6.10 (abs.) IX 6.15, ita Cic. semel Brut. 282 cursum suum. II 6.13 sententia tr. me = praeterit, poster.; VII 4.7 in partem adversariorum, Cic.

*transire impunitam stultitiam I 2.22 de abstractis etiam Quint. et Plin.

*transferre in latinum I pr. 12, IX 1.13. Quint. idem II 1.4 et II 14. Plin.; Cic. nude transferre ad Att. VI 2.

transferre ad virtutem studium imitandi VII 3.9 i.e. quod per se turpe est ita facere ut laus fiat.

*Ventilare III pr. 12: aliud est pugnare, aliud ventilare. CENSOR. poet.

vellicare VII 5.9. Cic. pro Balb. Hor. Sen. Quint. R.H. (1)

SUBSTANTIVA.

*Adiutorio deorum I 2.18, ib. 3.8, uxoris II 5.4. Quint. I 1.27. III 6.83 (iuris) et 8.4 (-rium).

adseveratio corporis nulla i.e. in dicendo c. non movebat II pr. 2. Cic. omni ads. affirmo, ad Att. XIII 23. Plin. paneg. 67 ads. in voce.

agnitio IX 3.4. h.s. apud Ictos; aliter Cic. nat. d. I. 1. Quint. I 1.25, Plin. F.S.

amaritudo verborum et sim. IX 1.28. X pr. 12 et 3.10; proprio sensu Varro de r.r.; cum nostro Quint. I, 1.20, al., dial. de or. 10, Sen. de ira, Plin.

ambitiosa subst. III pr. 4.

ab auditione veniens Suas. 3.6 = recitatione, pariter Plin., aliter Cic.

augmentum Suas. 1.4 = incrementum, etiam Plin., aliter Varro FAB.

Captura I 2.2 et 7, X 4.7 = questus, lucrum, Plin. et raro poster. etiam de praeda venatoris.

*catenarius VII 5.12. Petron. V.M.

*clausum subst. III pr. 13. L. Sen. Phaedr. 939.

cognomentum, ut MESSALA ait. Suas. 2.17, vox rara sed antiqua.

communis locus = lupanar. Suas. 3.4. Cic. = l. publicus, Plaut. = inferi.

*confusio mea = animi perturbatio I 4 9, Quint. Plin. etc. Cic. alia notione. C.

*consummatio = perfectio, finis IX 3.2, = conspectus (vitae) Suas. 6.21. L. Sen. Quint. Plin.

de contemptu mortis. Suas. 7.11, Simili structura Suet. Tac. S.P.

continuatione pertinacis studii adducitur tristitia I pr. 15. Apud Cic. et omnes (?) reliquos = continuus ordo. Caes. c. imbrium = continui imbres B. C. III 36.

*Ciceronianus VII 2.12. Adiective Plin.

Delenimenta II 7.9, vox rara, Liv. et poster. L.

ad delicias memoriae me componam I pr. 5. = arbitrium.

*debitor spectaculi = auctor (cui debetur) I 1.11. VALL.

*dignatio puellae = aestimatio I 2.17. Liv. Tac. Plin. MAR.

discursus I 3.6. II pr. 3. Liv. raro, saepe Quint et sqq.

*diurnum = victus I 1.12, d. quotidianum X 4.24. Suet.

*divinitas = deus I pr. 9, exemplum non inveni. Cf. IX 6.19 incauta futuri mortalitas.

illud domi est II 3.21 = domicilium.

Erro VII 6.22 sqq. Tib. Hor. Ovid. TR.

exitium, opp. initium IX 1.2. Festus: „exitium antiqui ponebant pro exitu." Unicum exemplum; Codd. exitum. C.

*exprobrator VII 6.20. L. Sen. de benef. 1.1. POST.

*Felicitas memoriae I pr. 18; exemplum simile aut contiguum non inveni. cf. 17 memoria felix. (1)

ab omni foedere vitae communis abstractus VII 1.2 = societate, poet.: foedus thalami, iugale, sim. ALB.

floris minimum habet argumentatio IX pr. 1, Quint., cf. Cic. Brut. 298 flos et color.

*Genere, prorsus insolenter = modo, ratione, plerumque cum v. dicere I pr. 22 vulgato g. d., ib. 1.25 transiit in narrationem rarissimo g., ib. 7.8. prodigia variis generibus interse furentia. ib. 8.11 hoc g. II 2.39 hoc g. d., ib. 6.8 sano g. d. VII 5.15 mimico g. d. IX 2.25 antiquo g. d.. ib. 12 omni g. supplicium sumere. ib. 5.17 corrupto g. d. Suas. 7.11 sordidissimo g. d. In lexicis neque haec nec consimilia inveni. Usus explicatur supplendo genet. orationis, hinc per analogiam latius fluxit.

*grandes tui I pr. 11 scil. liberi.

Habitus, vocabulum rhetoribus valde acceptum. I pr. 21 effectu apparet, habitu latet subtilitas. ib. 4.9. II 1.3 locorum. ib. 1.6 luxuriantem h. obicis filio. ib. 3.6 in habitum supplicis, cf. IX 6.12. VII 4.6 mollire orationem ad habitum (auditoris). X 1.11 in hoc habitu = conditione. Suas. 4.1. L. Sen. Herc. f. 1016. Troad. 94.466.866. Phoen. 185. Phaedr. 916.1035. H. Oet. 250.1685. Quint. in ll. I–III sexies. Dial. de Or. 8.12; etiam Liv. saepe, sed raro M. Tullius, v. c. p. Arch. 15 et in rhetoricis.

homo novus = peregrinus, ignotus I pr. 19.

historiarum omnium summa notitia I pr. 18, pluralis numerus pro singulari frequens huic aevo; persaepe Quint., Suet. ctt.

Ingenia = ingeniosi homines I pr. 6, uti Sall. Cat. 8.3. Plin. Suet.

*indulgentia = amor II 2.9 cf. ib. 3 et I 4.6.

*indicina gravis est = indicium IX 3.1 et 4.5: primum hoc loco usurpatum. Apulei. ALB. et F.S.

---

(1) Ut defungar officio quod in praefatione suscepi, hic subiungam verba et verborum constructiones ex pseudepigraphis Tullianis, quae rhetorum usum referunt:

Or. pridie q. i. exs. iret: § 1 eundem inimicorum invidia oppressum *deprimit ad supplicium.* § 2 *serere beneficium* ut metere possis fructum. § 9 concordia extraneis gignetur, cum *domesticis* non *insideat.* § 11 potentia ac multitudine amicorum *fultus* cf. Liv. 42.12. § 14 tranquillam fortunam *trahere.* ibid. crudelitas *convalescit in vos.* § 16 hoc in uno incommodum *confirmatum* multorum *infirmabit* incolumitatem. § 22 *mors*, quae ob remp. *capitur.* § 23 in familiam nostram *progredi* = invehi. Pseudo Sall. decl. in Cic. § 2 nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alicui *collibuisset*, cf. Sall. Cat. 51, Cic. in ep. ad fam. 15, 16 et de nat. deor. 1,108 collibitum est mihi. § 2 uxor periuriis *delibuta*, Cic. Brut. 217 medicamentis. § 4 quid litibus *accreverit* patrimonium. § 6 etiamsi aures nostros *odio tuo onerabis*, cf. Hor. Sat. I 10.10. Declam. in Sall. § 1. Quo me *praevertam*? cf. Plin. in Ep. V. 15 f § 2 *initium introducere* = facere. ibid. incipiens peccare non minimis rebus *posuit rudimentum* (cf. Liv. 31.11). ibid. crimina. quibus *aures calent.* ibid. *trahere* magnam *expectationem* = auditores attentos animis et exspectatione. § 3 ut lutulentus sus cum quovis *volutari* cf. Colum. § 4 ad unum exemplum et regulam *quaerere* = exigere. § 5 *praelucere maioribus* (c.f. supra i. v.). ibid. *accipere initium memoriae* ab alqo (ab auctore gentis nobilis). § 7 *increpare in aetatem.* § 9 *invadere in uxorem*, aliter Cic. pro Caec. 25: *cum ferro* inv. in alqm.; ibid. *es* satis materiae *habens.* § 11 *ancillari alicui* cf. idem in Sall. decl. in Cic. § 7. § 13 et 17 *collibuisset* (vid. supra ad decl. Sall. in Cic.) § 14 *exputare* cf. ad fam. X 24. § 14 attractus ad subsellia *extrema fortuna stetit.* § 15 *erubuit ora vestra* cf. in Vatin. 39. § 18 pars, qua coetus omnium vitiorum *excesserat.*

(1) In orat. pro Marc. § 14 legitur: *tantumque apud me grati animi fidelis memoria valuit*, quod praedicatum alibi in Cicerone non repperi.

*imitamenta II 1.13 primum h. l., Tac. FAB.
ab infantia Suas. 2.1, eod. sensu Quint. Suet. Tac. etc. Cic. ad Att. IV 16 infantia accusatorum, opp. facundiae; idem et posteri A.F.
*inquietatio Suas 2.1, primumne h. l. an etiam leg. in Liv. XXII. 27? A.F.
invenientes X pr. 6 = inventores.
Lautia = convivia populo data II 1.11. Liv. saepius de hospitio quod legatis praestatur. FAB.
lege sua illi licet I 4.6 = arbitrio, ib. 5.6. Cf. I 8.7 id quod sui iuris est.
Mattea IX 4.20 ματτύα exquisitus cibus, Suet. poster.
*mercedarius X 4.5 et 25 = -narius. I.B.
miraculo esse I 2.17. Liv. XXV 8. Cf. II 6.11 novum miraculum incedo. A.F.
molitio tam magni consilii II 5.19, vox rara. Semel (?) Cic. de concretis, nat. deor. 1.19 molitio, vectes, machinae, pariterque Liv.
*munerarii IV pr. 1 qui munera dant populo. Vocabulum divi Augusti ap. Quint. VIII 3.34. Suet.
Nasus Atticus, Suas. 1.6. Similia Hor. Pers. Mart.
Ossifragus iste X 4.2. Lucr. et Plin. C.S.
Praevaricationem pacisci IX 6.19 = neglectae pietatis crimen interponere. V.M.
*paparium facere II 1.35 ἅπ. λεγ.? NIG.
ea portione qua = quatenus III pr. 3; cf. pro portione Cic. et rell.
pompae ista exempla, fictiles ubi fuerunt dii II 1.18 i.e. splendorem habeant ista exx. Cf. Cic. de Or. II 94.
pugnacitas accusatoria I 2.16. Plin. Quint. rara. R.H.
purgamenta et iactus cenantium IX 2.4. Liv. 1.56. Plin. I.B.
praerogationem habere I 2.19. Citatur Fulgentius in lexx.
praerupta audere X pr. 15. Apud Liv. et Plin. = loca ardua.
Qualium (scil. hominum) IX 1.5. Cf. Quint. III 7.21 quale libidinis. Cf. Suas. 7,5 quale est, ut = quam grave, et I 6.4.
quid tibi videntur illi ab aratro, qui paupertate sua beatam fecere remp. = quanti homines. Addo frequens illud.: hoc in haec divisit I 6.8. II 5.12 sq. etc., necnon: hoc te vocabat I 6.3. S.P et I.B.
Respectus virginum I 2.9, pudoris VII 8.2; poet. et Liv. L. Sen. (dial. de or. 16 cum respectu huius aevi) L. et ASP.
rivalis = aemulus II 4.5, ib. 6.9 et 12. VII 5.9. Comici et Cic. ad Q. fr. III 8.5 amans sine rivali; posteriores. L. Sen. Phoen. 134.
Saeculum et saecula vulgo pro tempore vel temporum indole I pr. 6 et 7 et 23, ib. 2.20 prolapsum in vitia. II pr. 2, ib. 1.18 et 5.7 ut saeculi mos est. IX 6.6 al. Rarius antiqui. L. Sen. Oed. 875. Thyest. 837. Dial. de or. 10.12. 16.23.
scolastica et-ei I pr. 12 ib. 6.10, 7.15 etc.
secreta subst. II 2.2, raro Ovid. Plin. R.H.
scobis IX 2.4 Hor. Colum. I.B.
sententia non eiusdem successus IX 2.25 (cf. ib. s. sordidioris notae.) Hac notione Liv. Verg. Ovid.
sensus = sententia, dictum. Vulgo apud rhetores I 1.25 ib. 2.22 sq., ib. 4.12 et 5.1 et 8.9. II 2.8. X 3..6 et 4.19. Suas. 1.13 pariter Quint. L. Senec. et dial. de or., qui distinguit sensum a sententia cf. 20.22.23.32.
*sollicitatores II 7.4 et 5, in Dig. L.
*somniatores VII 7.15. Tertull.
sordium opinionem effugere = dedecus IX 1.11. Cf. Cic. Phil. 1.8 sordes suas eluere severitate iudicandi. B.B.
speculatrix I 6.10 etiam Cic. de nat. de or. III 46. G.
spiritus vulgo pro vita e. g. IX 2.4. poet.
spiramenta Suas 1.4. Verg. Ovid. Tac. FAB.
ex sublimi spectare res humanas VII 1.25. Plin.
*subsessor filiorum II 1.20 L. Sen. Phaedr. 52. Petron. Val. Max. = insidiator. S. P.
*sponsalia sc. dona Suas. 1.6. poster. C. (1)
Taxatio IX 4.12. Cic. semel (?) in fragm. or. pr. Tullio 6, porro L. Sen., Plin., etc. G.
*testatio sacra, I 6.2: promisi nuptias et quasi sacram t. tuum nomen inserui. Cf. Icti. Semel (?) Liv. 8.6 de deorum obtestatione. I.B.
in transitu Suas. 1.8, saepius ap. Quint.
*Ultio I 5.6 saepiusque in sqq. L. Sen. Quint III 8.57 (reliqui ll. in lex. allati). Plin. sqq.
*Vitiator virginis (vitiatio) I 5.6. II 3.1. VII 8.6 et 4; alibi nusquam (?)
*vitalibus exprimuntur humores, scil. corporis partibus. II 5.4. Lucan. Sen. Plin. A.F.
*verisimilitudo Suas 3.7. Plin., apud veteres non inveni. (2)

ADIECTIVA.

Absinthiati poculi potio Suas. 6.16. POLL.
acidae linguae homo X 5.22 Hor. ep. II 2.64.
*adquisitus nimis cultus II pr. 1. Simile non inveni.
*aeruginosa manus I 2.21. L. Sen. semel. I.B.
*approbata varietas I 1.17. adj. non inveni. A.F.
aridus homo I pr. 22, declamator II 1.24. X 5.25; aride dicere II pr. 1; Quint. II 4.8 magister aridus. Cic. de genere orationis, sim.
aliquid non agendum agam II 1.4. adject. A.F.
Beatus, freq. de oratione II pr. 3, VII pr. 3. Suas. III 5 beatius dixit; alibi (cf. amabiliter I 1.25, IX 3.10 amabilis sententia, et mollius II 3.18). Dial. de or. 9. Quint. apud Ern. Lex. rhet. 39 et 257. Apud eundem nihil inveni de sequenti vocabulo.
bellus (belle) quo in eadem re paene abutitur Seneca I pr. 22, ib. 4.10, II 1.21 et 32 et 39, ib. 3.19 et 4.9. III pr. 11. VII 4.10 et 5.8. IX 2.25 et 5.16. X pr. 8 (ib. 4.18 pulere dixit). Cf. Cicer. Epp., Quint.
*Capitalia quaedam vitia = gravissima II 1.23. Prorsus simile non inveni; proxime accedit Cic. de Off. I 41 nulla capitalior iniustitia, cf. II 73 et III 82, ubi Beierus recte = capitali paena luendum.
*calcata et obsoleta verba IV pr. 9. h. s. etiam L. Sen. de benef.
cicatricosus I 8.3 Plaut. semel, Quint. L. Sen. Plin. MENT.
civilis oratio et pressa = simplex I 8.16 Locum adde paucis illis quae citat Ern. lex. rhet. Gr. i.v. πολιτικός.
*concitatissuma rabies IX 6.2, locus fugit Neue II. 87 infr. Comparativus eadem significatione frequens apud Quint., raro Liv. VIB.
*commoventius genus dicendi II 6.11 ἅπ. λεγ? Omisit Neue ib. supr.
*consonans turba IX pr. 5 ἅπ. λεγ? Ovid. Liviusque ipso verbo utuntur, sed raro: nemus, clamor consonat.
Delicata et fragilis res est memoria I pr. 2. cf. Suas. 6.8. rarissimum hac sent. Aliter Quint. III 1.3, delicatae aures, et Cic. in rhet.
dementissimi homines X pr. 6, alterum exemplum superlativi, quod solum citant lexicographi, praebet Cic. Har. resp. 26.
deplorata mens = desperata IX 6.2. Locum adde paucis illis quos refert Facciolati ex Plin. et Liv.
decentissimum genus Suas. 2.18, Ovid. L. Sen. de ben. Quint. VIB.
differtus = confertus Suas. 6.19, semel. ap. Caes. Hor. Pac. C.C.
diversus huic color II 3.21. Dat. apud Hor. Quint. II 5.22.
Effusa moenia = lata I 6.4 poet., saepe L. Sen. in tragg. I.B.
emollita et infracta compositio VII 4.8. I pr. 9. Liv. 38.49 hostis emollitus, Plin. Infractus ap. Cic. de domo 24 furor, ad Att., Acad., Liv. alii. cf. Suas. 7.12 infr. et praedulces sententiae: praedulcis ap. Plin., nam in Lucr. IV 636 Lachm. dedit perdulce.
erubescendi amores II 1.6. Hor. carm I 27.15. A.F.
*enerves emollitique viri (cf. supra) I pr. 9: illud L. Sen. Thyest. 176. Quint. Plin. addatur l. in lexx.
*exactissimi ingenii II 4.8. VII 5.11. Plin., Compar. Suet.
*excusatius est VII 1.20 Plin. ep. IV 5.4. Quint. II 1.13 excusate.
*exarmata navis = armis spoliata VII pr. 9 sqq. ib. 1.10. L. Sen. ad Helv. cf. Facciol., ubi adde hunc l.
exasperata saxis moles = aspera I 3.3. Aliter Liv. et Ovid. (mare, animus, sim.) A.F.
evestigata arma II 1.7. Vox rarissima. Ovid. A.F.
exsuctus declamator (cf. aridus) VII 5.15. Aliter Varro, Colum. Vitruv.
*extemporalis facultas VII pr. 2. Saepius Quint., locum praetervidit Ernesti ll. p. 160.
empticius VII 6.24 voc. Asinii Pollionis. Varro, Petron.
Frivola iactatio X pr. 4. Cornif., Plin. persaepe.
familiaris amicitia. I pr. 13. Simile non inveni. Cf. Cic. fam. sermo.
fatua quaestio VII 5.15, adversarius IX pr. 2, X 5.25. Suas. 2.22; etiam Cic. nonnumquam.
Habile membrum = utile VII pr. 2, eod. s. Quint. II 3.99.
*Inamabilius nihil est VII 5.11.
immodesta largitio I 1.1 eod. s. Ter. Heaut. 3.3.7 i. in vino. L.
*immunditissimae munditiae I pr. 8, immunda mulier II 7.3. Superl. Sen. in epp.
*inagitata remigio vastitas. Suas. 1.2. Semel. etiam L. Sen. in ep. S.P.
inutiles manus = inertes I 6.2. poet. I.B.
insatiabilis gloriae I 8.8 c. genet. etiam Just.
inaequalis declamatio III pr. 18. Hor. Quint. Plin.
*inscriptum lege maleficium III pr. 17 ἄγραφος, ἅπ. λεγ?
insomne et experrectum animal canis VII 5.12 vox rar., Hor. Ovid. Tac. V.M.
inspoliatum cadaver X 1.3 et 10 semel. Verg. et Quint. A.F. et L.

(1) De his similibusque subst. per ellipsin plerumque explicandis cf. Sander p. 7. 19.

(2) Cf. haec substantiva in Orat. prid. q. i. exs. i.: § 1 *procreatio carissima.* § 5 et 16 *impensam officii* facere cf. Liv. 37.53. § 24 cuius nutu *sola* terrarum gubernantur. § 27 vestram libertatem reliquit *obsidem* tui animi. § 30 *palmam habere* ex cruore innocentis. Declam. in Cic.: § 1 resp. audacissimo cuique est *perfidiae.* Declam. in Sall.: § 8 *rudimenta* incunabula virtutis. § 12 *actionum mearum monitoris.* § 14 lapsus aetatis *tirocinio.* § 21 omnium *mensarum assecula.* ibid. omnis ordinis *turpitudo es.*

Ex substantivorum genere notatu digna sunt in Or. post red. in Sen.: § 2 *promerita* cf. prid. q. i. exs. i. § 8 *promeritum;* § 26 *adscriptor dignitatis* cf. § 10; et in Or. pro Marc. § 19 *gaude tuo isto tam exellenti bono,* cf. tamen ad fam. XV 14 § 3 *utemur bono litterarum.*

intemptatum pelagus Suas 1.2. Hor. Verg. L. Sen. Med. 62. OSC.
*infructuosa epistola VII 4.9. poster. Fest.
*invisissimi homines X pr. 8 L. Sen. ep. 51 extr.
iniuriosius est X 1.12. ἅπ. λεγ. Superl. Vopisc. Cf. Cic. de imp. Cn. Pomp. 11. OSC.
*indenuntiata sorte Suas. 2.2. ἅπ. λεγ.
*iuvenior X 2.17 raro. Plin. App. OSC.
iuvenalis II 6.11. X pr. 1 Verg. Plin. Suet.
Laxatior materia IX 5.15 Comp. ἅπ. λεγ.
luxurians habitus II 1.6 Ovid. alia s. Liv. etc. A.F.
Malus adi. usus notandus videtur in hisce: malae tractationis agere I 2.22, malam gratiam alci facere c. alqo I 5.9. malum medicamentum VII 3.4 κακὰ φάρμακα. malus pater IX 3.7. malam fortunam timuit VII 6.15. (male insanus) II 1.4. I 1.22 omnia mala faciebat ingenio suo. Cf. Sall. mala pugna.
marcida domus II 1.13. Suas. 6.8. Cf. Ovid. L. Sen. Med. 69. H. Oet. 376. (H. fur. 1043 marcor). FAB.
mitrata contio Suas. II 21. Propert. et Plin. CORV.
Nasutissimus homo Suas 7.12 Hor. sat. I 2.93.
naturale est = innatum VII 2.8 Plin. Quint. I 1.1; naturales affectus IX 6.2. Cic. Quint. L.
nocentior IX 5.12 Comp. Hor. ep. 3.3. C.
notabile est IV pr. 9, -ius fiebat III pr. 2. Cic. cum subst. sed raro, frequenter Quint. Plin. dial. de Or. 40.
nuptiales fescennini VII 6.12. POLL.
Paterna reconciliatio = cum patre II 1.20. Cf. paternos affectus spem facientis II 3.11. Cf. desertor tuus = tui VII 4.2.
pertrita quaestio VII 3.7. Colum. (uva) et L. Sen. semel.
professae inimicitiae IX 5.9. professus Asianus X 5.21, raro, Ovid. et Justin. Cf. Neue II 212.
publicus puer = meretricis II 4.6; cf. Sen. ep. 88 publica = meretrix. C.
in publico conspectu I 5.2 = populi; cf. paterna reconciliatio. G.
*pugnatorius mucro II pr. 2. Semel. Suet. in Cal. 54.
Residuus raptor VII 6.22. Justin. Cic. de rebus. GAV.
reposito animo et quieto I pr. 5. Val. Fl. repone mentem.
Sacratum te dabit memoria custos humanorum operum. Suas. 6.5. Verg. post. A.F.
sacerrimam eloquentiam violare I pr. 10. poet. antiqui h.s. sitebantur v. sanctus.
semesa facies et elisa vox I 1.8 poetae inde a Verg.
*segregem mali = expers VII 6.20. L. Sen. Phaedr. 1209 et de benef. POST.
*serotinus raptor. VII 6.21 Colum. Plin. de naturae rebus. R.H.
*strictus I pr. 23 strictius iudicium II 1.23 str. iudex. IV pr. 3 str. et asperum iudicium. L. Sen. Quint.
supervacuus (= -caneus) I 7.16 et 8.10. III pr. 12 etc. Hor. Ovid. et saepissime Quint. (decies in ll. I–II).
*Tesselatum pavimentum II 1.12. Suet. Fab.
inepte tumultuosa sententia IX 2.23 Cic. vita, contiones. Quint. actio. Suet. litterae.
*Valens II 3.16 hoc parum v. esse putabat = valere, ita Celsus, Plin.
valenter dicere VII 7.10 Colum. Cels. Val. Max.
vectigalis crudelitas X 4.1, uti Cicero aliique: agri, sevir v. i. e. unde possessoribus lucrum vel reditus proveniunt. L.
*victoriati rhetores VII 4.8. „Graece dixit Euctemon", hoc sensu ἅπ. λεγ., vulgo de nummo (νικηφόρος) in quo victoriae erat imago.
vividior sententia II b. 12. cf. vivae sententiae III pr. 18. Compar. Mart. Val. max., Liv. vividum ingenium, sim.
vocales sententiae VII pr. 2, de verbis sonantibus sententiisque L. Sen. Quint. Plin. (vocalior-issimus, vocalitas), Cic. semel de ipso oratore. cf. Ern. lex. rh. Lat. 423.
vulsus et perpolitus vir. I pr. 10. Plaut. Prop. Quint. bis. (1)

Praepositiones.

Ab.
immunis a legibus II 6.16. cf. Draeg. I 620.
multum a se aberat in tragoedia III pr. 10 = infra se erat, ib. 7.
summovere a conspectu IX 2.2.

Ad.
componere se ad delicias memoriae suae I pr. 5.
saeculum nos dabit (e coni., ll. habet) ad omnem patientiam II 7.8.
ad summum perducta rursus ad infimum relabuntur I pr. 7. cf. 16 vocem paulatim ab imo ad summum perducere.
ad summam VII 7.15. Cf. Draeg. I 581 et VII pr. 2.
ad verum redegit, quod toties simulabat II 1.25 = revera factus est.
ad manum est argumentum II 1.19.
ad hoc tendens sententia II 1.37.
ad suspicandum credulus II 7.1.
ad aprum canes facere III pr. 9.
ad imitationem arescere VII pr. 5.
ad testem ducit VII 2.12 = conducit testi.
ad exemplum alcs VII 4.8. X 4.10. ad omnem gestum IX pr. 2.
ad vires ventum est X 2.13.

adversus: immoderati adversus se imperii fuit I pr. 15, bono adversus se animo II 1.22 = erga; raro. Cf. Draeg. I 594.
ante: vincula ante se praeferre I 2.8. a. Fuscum = coram, Suas. 4.2.
apud: studere apud alqm II pr. 1 et 5. apud aratra minare pecora II 1.8. Dial. d. Or. 27 apud me in confesso est.
circa: ne circa plura te mittam I 1.5. circa hunc sensum est = convenit cum X 4.19. Cf. I 2.21 et IX 4.18. Suas. 4.2. In Quint. ll I–III semel et viciens notavi: circa res, ima, studia, etc.
citra: I 1.6 c. veritatem, se continere citra iocos III pr. 4. Saepissime apud Quint. citra reprehensionem, sim., decies in ll I–III. Dial. de Or. 27 et 40. L. Sen. trag.
contra: tutus contra poenam I 3.2. contra exspectationem accidit II 1.1. c. bonos mores X 1.9.
cum: cum miraculo emergere = miraculose I 2.21; queri c. alqo I 4.10 et 8.2.
de: timeo de manibus I 7.4 cf. pro. I 4.11 controversiam mihi fecit de te = a sua parte ait te stare.
ex: ex toto = prorsus, omnino; e. t. non, e. t. nihil. I 7.5 et 8.8. II 2.6. IX 5.11 et 6.13. X 1.10. Cf. Draeg. I 58 qui primum citat L. Senecam. ex tempore dicere II 5.20. ex hoc II 1.13 = ob hoc IX 5.8.
extra: IX pr. 9 non extra sanitatem, sed extra naturam.
in: vide infra.
inter: praepositio grata rhetoribus: inter initia, cogitationem, mutuum amorem, sinus, etc. I pr. 16, 6.4. II 1.4, 2.1, 7.6 sq., IV pr. 11. VII 1.20, 3.10. IX 2.4 et 8, 4.20, 6.8. X 1.6 sqq. Suas. 1.3, 3.5, 7.2. L. Sen. Quint. ll. I–III duodecies. Dial. 6, 8, 33.
intra: intra verba occisus I 2.19, i. praeceptores continebantur disciplinae II pr. 5, 7.1. IV pr. 4. VII. 6.12. IX 2.15 i. meretricem est libido. X 3.5 et 5.19. Suas. 1.1. L. Sen. intra viscera Quint. rarius, III 1.1 i. modum consistere. Dial. 3, 9, 38, 39.
per: per transitum = in tr. II 4.10. per publicum sequi = viam p. X I 13 et II 6.11. hoc per illa impleo II 5.16.
pro: lex scripta pro malis patribus I 7.11. timere pro I 8.2 et 9. dico pro testimonio = aio IX 2.23.
secundum: s. principium = in principio (opp. ad epilogum) III pr. 10. sepulcrum transire VII 1.21.
sub: sub hoc verbo intelligo multa I 2.15. s. auctoritate publ. geritur IX 2.14. sub praetexto ibid. Liv. 36.6. Suas. 3.1, 6.15. s. conscientia. 7.4 et 11 mors sub infamia Cf. Draeg. I 661 sq.
super: super rogum se misit X 3.2. s. cinerem stetit ib. 5.1.

In cum accusativo post vv. in quibus est notio *movendi*:
agere alimenta in caput I pr. 17, in insaniam, in mortem I 7.17. VIII 6.6. abire in has cogitationes VII 3.1 in partem = secedere X pr. 13. moles abscissa in profundum I 3.3.
cadere in pedes alcs I 1.19 (cf. VII 2.12 procidere ad genua IX 4.1 et pr. 6.12, dimittere manus ad g. X 4.4 ire ad g. Suas. 6.3 accadens genibus). Quaestio cadit in tractationem aequitatis II 5.16 sq. Suas. 7.1 resp. ceciderat in sinum boni principis. Saepissime Quint.
diffundere spes in alienas mortes I 6.6. imitatio studii diffusa in plures VII 3.10. discurrere in omnia ministeria II 4.1.
ferre oculos iacentes in terram II 7.3.
incidere in meam aetatem I pr. 1 (aequalem esse), in vitium VII pr. 4, IX 2.21, in malum colorem VII 1.20, in fabulam = male audire II 7.9. IX 13 et 6.6 in alqm = occurrere. incurrere in rem (scil. in memoriae fragilitatem) I pr. 2, II 3.15 membra incurrentia in quaestionem. IX 4.16, X 4.6 quaestio in causam. (Quinct. utrumque verbum saepius usurpat. Dial. 9). imponere in navem VII 1, 9 et 10. Cf. Draeg. I 659.
ire in consilium = cogitare I pr. 18, ire in poenas alcs X pr. 6.
occurrere in existimationem omnium II 7.9.
pervenire in tantam cupiditatem I pr. 14. prolapsum in vitia saeculum I 2.20. properare in omnem iniuriam Suas. 4 3.
redire in antiqua studia I pr. 1. regerere exempla (crudelitatis) in caput invenientium X pr. 6. revolvi in malum fatale Suas. 3.2.
transire in accusationem = ad II 5.17.

In *finale* et *consecutivum*:
in accessionem patrimonii certare cum uxore (= aemulari II 7.1.

(1) Ex pseudo-Tullianis comparanda sunt haecce: in Orat. pr. q. i. exs. i.: *universus* per fas et nefas usurpatum in §§ 1, 5, 8, 21, 28 et in declam. in Sall. 16 alibique. § 17 nemo tam *perdita* auctoritate. § 21 furor *libidinosus*. § 27 *liberum* spiritum ducendi potestas. § 25 ferte opem *divinam* (Senatores!), *divinum* aliquod auxilium et numen ostendite; de abusu huius adject. in Orat. post red ad Quirites vide Wolfium ad cap. I § 2. — Declam. in Sall. § 1 *reperticius*, *accitus*, *insitus* civis. § 7 insidiae *ancillares* i.e. humiles; Amm. Marc. Decl. Cic. in Sall. § 1 *illoto* sermone uti. § 9 *inusitata rabies*. § 12 laudes egregiae et *unicae* sunt. § 13 cupiditatibus *infinitis* efferri; cf. dial. de Orat. § 15 *infinita* differentia, et Quintil. passim.

in adventum alcs sustinere spiritus (= vitam) II 4.3. in adoptionem petere alqm I 6.6 cf. in unam pugnam advocationem petere I 8.1 et II 1.11. in totum annum inquirere IX 2.3. proficere abunde in argumentum pudicitiae = demonstrare II 7.5. acta in aurem legere II 1.39.

in blanditias se componere X 3.2 = blandiri; cf. se c. ad et IX 6.12.

in brevitatem constringere tirannidem VII 8.1.

in contumeliam suam spirare = vivere I 7.9. non in aliam condicionem deus fudit aequora, quam ne Suas. 3.1.

in dolorem patris filia nominata a noverca IX 6.20.

in exercitationem decurrere IX pr. 4.

funus, in quod me ipsum impendam IX 1.6. in frivola sua alqm invitare II 1.2.

in gratiam mutuas manus porrigere I 1.3.

in habitum supplicantis summittere vultus II 3.6 cf. in h. periclitantium se componere IX 6.12 et Quint. I 10.15, ex his corrige Draeg. I 657.

hereditas in quam dictus sum II 7.2. in hilaritates dies dicare X 4.8.

ius habere in filium VII 4.4. raptorem 8.8. in manus IX 4.4. ius est in scripta Ciceronis (= contra) Suas. 7.11; sed ibid. 5.4 commune ius est in tropaeis, et 7.1 ingenium (Ciceronis), in quo nihil iuris haberent arma. Cf. L. Sen. ius habet in fluctus (et Suet. Cal. 47). Apud Draeg. non repperi, vide I p. 660.

in lacrimas pectora solvere Suas. 6.19. in omnes lusus se resolvere I pr. 14. in lacrimas concitare IX 6.11.

in ministerium sustinendi corpus non sufficient pedes I 1.16 (cf. satis est in ultionem X 1.8). in moram patris (Medea) sparsit fratrem IX 6.9. in omnem motum confingitur puella I 2.5. in mortem habere venenum VII 3.7. in m. impellere (= adhortari) IX 6.10. in m. cogi et in preces Suas. 6.7.

in notam meam convenit I 1.3.

in occasionem similis iniuriae patet solitudo tua II 7.5. in omnia patri parendum II 1.20. opus in quod (exercitatio) exercet IX pr. 4. in optionem se commodare I 5.6 (= dare).

in oratorem corroborari IX pr. 5.

in patientiam stuprorum alqm redimere IX 1.6. in patrocinium filii fingere IX 4.13. in p. nostrum loquor Suas. 2.4. in poenam ampliatur a iudicibus I 3.2. in novam p revivisci I 3.6. renasci in p. X 4.22. recipere in poenitentiam mortis VII 8.1.

in patrimonium meum tollo puerum II 1.31.

in quaestionem se parare I 5.9, cf. VII 3.3 et 6, sed ib. 8 p. ad.

in rem pertinet nihil IX 2.20 = refert (dett. ll. ad), sed: ad hanc rem X pr. 1, ad patres IX 4.12, ad ruborem iuventutis X 2.14, ad me Suas. 7.1.

in sententias omnia trahere IX 2.21, in schemata tractationem frangere IX 2.22. in hanc summam alia (dixit) II 4.13, cf. Quint. I 1.19, non repperi ap. Draeg. I 656. (= in hanc sententiam).

in tormentum asservari I 5.5.

in alios usus emere X 5.18. in verecundiam alcs se pignorare II 7.3.

in volupates hortari alqm I 8.2. cf. in exempla h. X 3.2. in vulnera armore manum X 5.8. (1)

In c. acc. post *substantiva*:

blandimentum in stipem I 1.1. discursus in omnes artes II pr. 3. impetus in aliena per arma I 2.8. odium in cetera I 1.3. patientiam in damna praestare Suas 7.3. perversitas in contrarium VII 5.3.

post *adiectiva*:

contumeliosus in vos Suas. 4.4. ingenium exactissimum in omnes studiorum partes II 4.8. sermo exquisitus in omnes facetias II 7.4. verba humilia in adulationem Suas. 6.3.

idoneus in nullem spem X 4.56. ingratus in neminem IX 1.2. misericors in nos VII 8.1. pius in maritum X 3.1. paratissimus in mortem VII 3.3. cf. Dial. 31 p. in disputationem.

In c. acc. *personae*: optionem dare in absentem I 5.5. affectus dominatur in nos I 8.5 cf. Liv. ll. ap. Draeg. 654.

in patriam alqd meritum conferre ibid. 6. in alqm strepere II 1.17. mihi aliquid licet et in me = pro me II 3.10 cf. 2.12. in istam effudit tantum (pecuniae) II 7.1.

In usque (usque in) procedere i. miraculum usque I pr. 2. u. i. philosophiam prosequi II pr. 2. u. i. haec tempora constitit ib. 1.17. publica damna II 5.7. partem advers. transcurrere VII 4.7. forum IX pr. 2. mortem X 3.1 supplicia descendere ib. 5. memoriam nostram perductus X 4.12. intimam amic. 5.22. ultionem X 1.8 et 9. (usque ad 1 pr. 4. VII 7.7. X pr. 9 al.). Quint. in proverbium usque I 10.21. Dial. ad usque 8.19.

(1) Cf. Declam in Sall. 3: civitatis incommodum *in gloriam* suam *ponere*. Addo pro Marc. § 7: *in* istius *societatem gloriae* se non *offert* (fortuna).

Eodem huc pertinent formulae:

in hoc (ut): I 3.8 39. et 5.8. II 1.12 et 19 et 30, ib. 3.12. VII 3.7. et 7.14. IX 1.6, 2.2, 6.12. X 4.23. in quid desiderabas liberos II 5.5, ib. 1.11. Cf. Suas. 2.4 sq. (at contr. VII 6.15 ad hoc; et II 1.19 et 30 in hoc = quia est ablativus, cf. I 5.8 propter hoc, quia). Idem saepe ap. Quint. Cf. Draeg. p. 658, qui primum citat L. Senecam.

in quantum (tantum) I pr. 6, VII pr. 3 et 6.9. II 1.11 et 7.3.

in contrarium VII 5.3, dial. 15 et 16. in deterius I pr. 7 in infinitum IX 3.8. Quint. II 17.16. in minimum urgere Suas. 2.1.

Similes constructiones per in c. acc. minus usitatas in L. Senecae tragoediis notavi CV -iens, in Quint. ll. I-III LXXV -iens, in Dial. d. Or. fere XX -iens (quater in quantum s. tantum). Cf. Draeg. I 57.

In c. ablativo:

in filia tua id coegisti, quod VII 6.7. non potest in ea sperari sacerdos I 2.4. in ultimo = denique I 7.14. II 1.28. pars legis, in qua mors est I 5.7. quaestio, in qua quaeritur I 7.12. neminem habuit, in quo hoc faceret II 1.28 cf. I 1.8 in te facio. in hac cogitatione tacebant = id cogitantes II 4.2.

in absentia viri II 7.1. fortuna in angusto posita VII 3.3.

PARTICULAE ET ADVERBIA.

An: de hoc rogandi particula ceterisque cf. Sander p. 19. Solemne rhetoribus fuisse in simplici rogatione apparet e Quint. III 4.6 sqq. Numquid notavi I 2.6, 7.1, 8.2, II 1.5 et 15, 7.7. VII 2.4, 3.5, 8.5, IX pr. 1 = num aliquid, 2.11 et 14, 6.8. Suas. 7.2. ecquid VII 2.2, 1.7 (ecquem), 8.2, IX 4.6. In L. Sen. tragg. numquid XI -iens. Nonne cum Sandero non inveni. utrum-an raro, cf. Sander.

adhuc: nec adhuc = nondum II 5.6. sive adhuc esset vitiata sive non esset = iam (?) VII 8.4.

aliubi-aliubi II 5.8. Varro semel. L. Sen. et Plin. saepe.

aliqua-aliqua (sc. mulier) X 3.2. L. Sen. Plin. Quint. semel (?) Cic. parad. III 1.21.

alioquin: Ipse Seneca usurpat pro *ceterum*: I pr. 11. II pr. 4. IV pr. 8. IX 5.11, et Fulvius Sparsus IX 2.5. Porcius Latro pro alio tempore vel casu: I 1.16. II 6.5. VII 6.13. IX 1.6, 3.8; item Gallio X 3.10; 5.15 et 17 et Hispo ib. 19. In Quint. ll I-III XIII -iens notavi.

eo deest in I pr. 6 quo plura sunt, plus proficitur. Cf. Hand. II 414.

ne: II 7.3 in tantum, quantum ne sit.

non: amant rhetores formulam non (nec) est quod sim. Suas. 2.7. II pr. 3, 1.21, 2.11, 3.10, 7.3. III pr. 14 IX 1.11. X pr. 1, 2.5, 4.6. Cf. quid est (habuit) quare (quod) VII pr. 8 et 7.7. IX 6.17. I 7.1; iidem usurpant nemo (nullus, nihil) non I 2.20 et 22, 5.6. II 7.8. III pr. 2. Suas. 6.21, al.

nusquam rerum III pr. 5. Cf. ubique gentium II 1.12.

quam: aeque mirum quam certum III pr. 1. (Plaut. Liv.); quam magna pars IV pr. 6, quam multa IX 2.19, quam paene feci II 3.6. Cf. tam magnus II 5.19. Suas. 2.12, 3.4. Dial. d. Or. 1.

quomodo-sic, ita (= ut-ita) I 5.5, 7.6. III pr. 10. IV pr. 8. VII 5.13 bis. IX pr. 1. Cf. Dial. d. Or. 36, 40. Cic. raro, Tusc. V 18.

quomodo = quantopere Suas. 1.10. Co. II 2.30.

simul pro simulac II 6.11. III pr. 1. VII 5.7. X 3.1 al.

subinde = interdum I pr. 15, 8.2. II 4.12. IX pr. 1. Suas. 7.13 = mox II 1.10. III pr. 17. Dial. de Or. 37; in tragg. semel inveni Phoen. 232.

tamquam. Notum est quantopere tunc temporis hac particula delectati sint; usurpant autem rhetores diversa significatione = exempli causa I pr. 23 t. quae de fortuna dicuntur. ib. 1.13, 8.14. II 1.37 bis, 3.12 et 15. VII 3.6 al. = quippe c. substantivis: I 5.5 non tanquam raptor (i.e. quia raptor est) occidetur. 7.10. II 3.16. III pr. 14. VII pr. 1, 1.21 et 24, 3.9, 7.10 et 16. IX pr. 5, 1.9, 2.14 (15, 18 et 23), 3.11, 5.8, 6.18. X 4.2. Suas. 2.12. = quasi cum verbis (raro c. subst. ut scriptores classici vulgo): I 2.17. II 2.11. VII 7.4. t. non possis. IX 3.8 t. non possum. ib. 4.16, 6.4 et 10 t. noverca. X pr. 1, 4.6, 5.4 t. castra. etc. Sic-tanquam = ut VII 8.5. IX 5.7. X 1.7. Cf. dial. d. Or. 2.10.18.25.32.37. Quint. passim. In L. Senecae tragg. non repperi. (1)

tantum non II 7.4. III pr. 18. VII. 1.17. Suas. 3.5; tanto vehementius quam umquam IV pr. 4 = multo.

totum aliud est = prorsus X pr. 15.

(1) Dubium movet in Or. pro Marc.: *ut nulla non modo cupiditate sed ne spe quidem prudens et sciens tanquam ad interitum ruerem voluntarium.* Eadem opera notare liceat ex Or. post red. in Sen. § 20 Ciceroni inusitatum illud *iuxta ac si.* Cf. Sall. Jug. 45 et Liv.

u t = etiamsi I 2.7 bis et 12. II pr. 4, 1.19 sq. Suas. 2.4. (alibi usurpant quamvis, licet, etiamsi); post necesse est vulgo omittitur I pr. 4, 5.18. II 2.9, 3.8, cf. I. 1.9, II 4.1. — exspecto u t hoc faceret I 3.1. In trag. semel notavi, Troad. 429.

utique: nulla particula fere frequentior; notavi tantum I 5.8, II 4.8 et 13. IX 2.21, 6.15. X 1.14, 4.20 etc. Suas. 2.2, 4.8. In Quint. ll I–III notavi XXII iens. Dial. 18.19. 23.31.

Addo etiam:

bis parricida VII 2.5 (cf. Sander p. 11 et Draeg. I. 131).

quam care emancipat I 7.6 (cf. Cic. ad Br. I. 16.6. pro dom. 115).

defunctorie causam agere X 2.18. Lexica afferunt Digesta.

non quaeram extra II 4.9. Cic. extra esse. Quint. extra petere, sim.

tam immature magnum ingenium I 1.22.

intempestive molestus I pr. 5. intemp. liber. Suas. 1.5; int. veniens IX 5.10 uti Cic.

infinito antecedere III pr. 6. Quint. infinito plus, sim.

precario memoria mihi paret I pr. 5, prec. movi II 4.3, (precaria castitas I 2.1).

saluberrime potentia constringitur VII 8.1 = utilissime, raro.

vix apparens cicatrix VII 5.13. (1)

ABUNDANTIA.

Itane sic X 1.14. sed nempe X 2.14. deinde inde (?) VII 3.9. Cf. Draeg. I 127 sqq. et H. Becker, studia Apuleiana 41.

rursus relabuntur I pr. 7. introrsus retracti oculi I 6.2.

mutuas manus in gratiam porrigite I 1.3; quotidianum diurnum X 4.24. exiguum paucissimorum dierum tempus I pr. 29. extra legem permissa libertas II pr. 1.

continuatio studii pertinacis I pr. 15. mos Hispanae consuetudinis I pr. 16. ex parte aequitatis pendet I 1. 14. Cf. Dial. d. or. 4 patrocinium defendendae poeticae, et Suas. I pr. 16 lucubrare per totam noctem. cll. 17, (et 1 pr. 8 somnus languorque ac somno et languore turpior sqq. et ib. 14 silvis montibusque cum se tradiderat, in silvis ac montibus . . . provocabat). (2)

VERBORUM CONSTRUCTIO MINUS SOLITA, GRAECORUM POETARUMQUE USUM REFERENS.

INFINITIVUS.

contentus est delenire audientes IX pr. 1, cf. Quint. I 5.17. III 1.22. dignus tales habere liberos IX 1.6. Verg. (Liv. impers.) Quint. cett. Cf. Draeg. II 319.361. L. Sen. Phaedr. 442. (3)

faciebat aves advolare X 5.27. Verg. Aen. II 538. (cf. hoc quoque faciebat, ut amaret sententias I pr. 22).

quid habui facere I 1.19 cf. Cic. ap. Draeg. 294. (I 1.23 nihil habent implicitum cum).

iurant sibi credere II 2.10. Draeg. 307, raro. Ibid. promittunt nihil facturi (scil. esse? cf. Kühnast Synt. Liv. 268).

sibi imposuit numquam amplius in foro dicere VII pr. 7. iubetis indicare I 1.1.

memini, cum infin. *praesentis* notavi fere XX–iens, cum inf. *perfecti* eadem notione I pr. 24 Latronem declamasse memini. VII 6.12 miserrimum me diem egisse. VII 4.10. IX 5,20, 6.16. X pr. 8. Cf. Draeg. 365 sq. ibique ll. Ciceronis. Denique memini cum *participio* X pr. 9 mem. eum dicentem. ibid. 1.13 mem. illum declamantem. Huiusce autem constructionis exempla frustra quaesivi.

GENETIVUS GERUNDII ET GERUNDIVI.

De hoc genetivo uberrime tractavit J. K. Witt (Progr. des Friedr. gymn. Gumbinnen 1873), sed ut reliquos scriptores Latinos optimos pessimosque adhibuit paene omnes, ita nostrum praetermisit, qui hunc genetivum iunctum habet quinque substantivis quae a Wittio notata non sunt (1):

custodiae servandae integritatis II 7.3, ibid. in necessaria resalutandi vice multo rubore confusa, et X pr. 6 iustissima patiendi vice. II 1.21 dat tibi notam reconciliandi suos (= indicium). I 6.3. facere sibi sortem nascendi. I 5.5 tormentum diutius pereundi. — Praeteria notavi X 1.6 accusandi divitis animos sumere. I pr. 14 tanta sic vivendi cupiditas. I 3.1 pereundi infelicitas (de muliere quae de rupe deiecta non periit). I 1.16 ministerium sustinendi corpus. VIII 4.10 audiendi neglegentia. De his cf. Witt. ll.

Subicio ablativos gerundii cum negatione copulatos in Suas. 1.16 volebam vos experiri non adiciendo iudicium meum nec separando a corruptis sana. ibid. 2.5 quam turpe esset fugere indicastis, Lacones, tamdiu non fugiendo. Similem usum semel tantum retulit Draeg. II 812 ex Cic. Cat. I 30.

PARTICIPIA.

In adhibendis participiis, praesentibus imprimis, maximopere rhetores sibi indulserunt, in quo partim, Graecorum usum imitati, speciosae orationis concinnitati studuisse, partim etiam auditorum delectationem aucupati esse videntur, libentissime usurpantes formas in -antia, -entia terminantes: I pr. 5 quae obversantia mihi et se ostendentia, ib. 7 turpia multo honore quaestuque vigentia. I 7.8 prodigia inter se furentia. Cf. Suas. 6.6. II 3.15 quasi membra in quaestionem incurrentia, ib. 5.4 instrumenta ipso visu animos frangentia (cf. Eurip. Med. 264). III pr. 2 omnia aliquo petentia. VII 1.4 omnia procellis saevientia. ib. 27 omnia canentia sub sideribus muta erant. ibid. 4.8 omnia excitata et fluctuantia. X pr. 4 inter obstantia erumpat vis. Suas. 2.1 fallentia cursus vada altioribus (sc. locis) internata, etc.

Substantive posita iis quae supra memoravi haec addenda sunt: I 8.3 fatigante felicitatem quid molestius est. II 5.10 animus non reddentis. IX 1.4 turba dicentium. Suas. 2.1 vota navigantium. al. sim.

Porro haecce notanda: II 1.4 odi patrem tot eicientem innocentes... domum lot facientem nocentes. III pr. 1 agnovi viros non respondentes famae suae, cf. Suas. 2.15 magni nominis et nomini respondentis ingenii. VII 5.1 quis ferret te testem in forum venientem (cf. I 8.2 et II 4.8 audio te dicentem. II 1.1 et 7 vidi fugientem. vidi deos certantes, sim.)

Denique propter attributorum et definitionum cumulationem et intricatam verborum dispositionem, Graeci sermonis magis propriam, notabilia sunt:

